MANASSERO

TABULAE SYNOPTICAE

FASCICULUS IV.

II

GRADUATE THEOLOGICAL UNION LIBRARY
2400 RIDGE ROAD
BERKELEY, CA 94709

ROMA

Moral pro 239.0 M31

TABULAE SYNOPTICAE

THEOLOGIAE MORALIS

E

PROBATIS AUCTORIBUS DESUMPTAE

AUCTORE

BARTHOLOMAEO MANASSERO

VICARIO PERPETUO

Oportet ut homo ea, quae memoriter vult tenere, sua consideratione ordinate disponat, ut ex uno memoratu facile ad aliud procedatur.
(S. THOMAS, 2a 2ae, Qu. XLIX).

BIBL. SCHOLASTICATUS ALMA COLLEGE 21/9 LIBRARY CURSUS THEOL. Alma California PROVINCIAE CALIF.

EDITIO II
Plurimis aucta addictionibus mendisque expoliata.

FASCICULUS II.

De Sacramentis in genere - De Baptismo - De Confirmatione - De Extrema Unctione
De Ordine - De Eucharistia - De Poenitentia - De Matrimonio

ALMA COLLEGE LIBRARY Alma California

FRIDERICUS PUSTET
PONTIFICALIS BIBLIOPOLA
RATISBONAE — ROMAE — NEO-EBORACI

1905.

2231

IURE PROPRIETATIS LITERARIAE

Ex Arce Sancti Cassiani. — Typis L. Cappelli.

BIBL. SCHOLASTICATUS
CURSUS THEOL.
PROV. CALIF.

TRATACTUS V.

DE SACRAMENTIS IN GENERE

ALMA COLLEGE LIBRARY
Alma, Calif.

TABULAE SYNOPTICAE
THEOLOGIAE MORALIS

TAB. XL.

De Sacramentis in genere.

Sacramenta (I)

- ***Definitio***. — Signa sensibilia *a Ch. instituta ad significandam et producendam gratiam sanctificantem.*
- ***Existentia***
  - ante Ch. adventum
    - *in statu innocentiae,* communiter negatur;
    - *sub lege naturae,* communiter admittitur saltem ad tollendum peccatum originale;
    - *sub lege Moysis,* ab omnibus admittitur saltem quoad . . . circumcisionem, esum Agni Paschalis, lustrationes, consecrationes Sacerdotum.
  - post Ch. adventum
    - *de fide est,* et quidem etiam quoad numerum eorumdem Sacramentorum quae sunt: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema Unctio, Ordo, Matrimonium.
    - quod probatur ex
      - verbis Trid.: *Si quis dixerit Sacramenta N. T. esse plura vel pauciora quam septem, anathema sit;*
      - ineluctabili praescriptionis argumento;
      - Rituali latino et Euchologio graecorum.
- ***Necessitas*** duplex est nempe
  - *usus* item duplex et
    - *medii* pro baptismo et poenitentia pro lapsis (in mortali) post baptismum.
    - *praecepti* quoad Sacramenta quae
      - soli individuo directe prosunt idest: Eucharistiam, Ext. Unctionem, Confirmationem.
      - prosunt communitati idest: Ordinem et Matrimonium.
  - *institutionis*
    - *absoluta* non adfuit, sed *congrua* ita ut
      - humiliaretur homo et simul sublimaretur;
      - homo modo sibi proprio coelestem gratiam et gloriam consequeretur;
      - demonstraretur misericordia et omnipotentia Dei;
      - essent documenta et testimonia fidei nostrae et visibilitatis Ecclesiae.
- ***Causae*** et ***effectus divisiones*** et ***caeremoniae*** (Vide Tab. seq.).

TAB. XLI.

Seq. de Sacramentis in genere.

Sacramenta (II)

- dividuntur in
  - Sacramenta *vivorum* et *mortuorum*.
  - *characterem*
    - *imprimentia* et ideo *non iterabilia;*
    - *non imprimentia* et ideo *iterabilia.*
  - *necessaria* necessitate
    - medii vel praecepti
    - et *non necessaria*, idest liberae electionis.
  - *formata* et *informia* et hoc in
    - *reviviscentia* et *non reviviscentia*
- duas causarum species habent:
  - Causae intrinsecae
    - *materia*
    - *forma*
      - (Vide Tab. seq.)
    - *intentio* (in adultis) Sacramentum suscipiendi et quidem pro
      - Poenitentia et Matrimonio saltem *virtualis*;
      - ceteris saltem *habitualis* (ad validitatem);
      - Extr. Unctione et Confirmatione sufficit *interpretativa.*
  - Causae extrinsecae
    - Minister institutor (Christus)
      - principalis *Christus*
      - secundarius
        - ordinarius
          - Officii et Solemninatis
            - soli viatores iuxta Ch. praeceptum; non tamen omnes Chistiani, sed pauci electi.
          - Necessitatis (V. *Minister extraordinarius*).
        - extraordinarius:
          - angeli pro omnibus;
          - laici et mulieres, christiani vel non pro Baptismate;
          - sacerdotes pro Confirmatione et collatione Ord. minorum;
          - diaconi pro Eucharistia administranda et pro Baptismate solemni.
      - improbus vel sine fide
        - valide Sacr. confert, sed non licite (ordinarie loquendo).
    - in quo etiam requiritur *intentio* (V. *Lexicon proemiale*)
      - quae dividitur
        - ratione *obiecti* in
          - *internam* seu *formalem* et
          - *externam* seu *materialem;*
        - ratione *modi* in
          - *actualem*,
          - *virtualem*,
          - *habitualem*,
          - *interpretativam.*
      - circa quam notandum si agatur de Sacramentis:
        - *actualis* non requiritur;
        - sufficit *virtualis* faciendi quod facit Ecclesia;
        - *habitualis* et *interpretativa*
          - raro sufficiunt.
    - Sacramenta administrare
      - debet
        - si pastor, et ex officio minister, subditis petentibus, per se vel per alium.
        - si non sit ex officio minister dignus
          - *in casu necessitatis* etiam cum vitae periculo (ex caritate);
          - *in casu gravi* quoties id potest absque gravi incommodo.
      - non debet
        - indignis seu peccatoribus
          - publicis
            - sive iuris, sive facti
              - exceptis
                - Poenitentia Matrimonio (aliquando);
          - occultis occulte petentibus.

TAB. XLII.

Seq. de Sacramentis in genere.

Sacramentorum (III)

Materia

Definitur: *aliqua res sensibilis per externam administrationem suscipienti applicata.*

dividitur ratione
- *dispositionis* suae in
  - *remotam*, quam definivimus
  - et
  - *proximam*, quae est applicatio remotae.
- *temporis* in
  - *transeuntem*, ut in Euch. panis et vinum,
  - et
  - *permanentem*, ut in Euch. species sacramentales.
- *sui* in
  - *certam*, quam licite et valide adhiberi potest et debet
  - et
  - *dubiam*, [de qua dubium est iuris vel facti utrum adhiberi possit vel non]. Hac uti extra casum necessitatis esset gen. loquendo peccatum, contra religionem et contra caritatem.

mutari potest
- *substantialiter* quod contigit per physicam vel moralem corruptionem.
- et semper invalidum Sacramentum ratione voluntatis in ministro
  - *voluntarie* vel *involuntarie* et hoc
    - *inculpabiliter* vel *ex gravi negligentia* quo in casu importat
      - grave peccatum et sacrilegium.
- vel *accidentaliter* et tunc Sacr. conficere est illicitum non invalidum
  - quando nempe licet aliquo modo differat ab illa quam solet Ecclesia adhibere, tamen eamdem retinet naturam;
  - quod, secluso scandalo et contemptu, peccatum non est nisi veniale.

Forma

Definitur: *certa verba quibus materia ad sacrum usum determinatur.*

dividitur in
- *absolutam*,
- et
- *conditionatam*, qua uti licet si adest rationabilis causa.

mutari potest
- *substantialiter* quod Sacr. invalidat et fit
  - *detractione* vel *additione vocis essentialis* / *variatione* / *transpositione* / *corruptione* / *interruptione* — *notabili*
    - et tunc minister Sacr. peccat
      - contra *religionem* et contra *caritatem* imo et contra *iustitiam*.
- vel tantum *accidentaliter* quod fit
  - *omissione vocis non essentialis*;
  - *additione vocis sensum non variantis*;
  - *variatione*, *transpositione*, *corruptione*, *interruptione* non notabili.

NOTA

Materia et Forma Sacramentorum
- determinata fuit a Christo
  - saltem in genere, quod omnes affirmant;
  - probabiliter in specie, certe quod Bapt. et Euch.;
  - non vero in individuo, idest in specie infima.
- ab eodem ministro, erga idem subiectum adhibeantur et simul, quia inter utramque
  - unio moralis necessaria est, non vero unio physica, etsi commendetur (excepta Eucharistia).

Finis Tractatus quinti.

TRACTATUS VI.

DE BAPTISMO

TAB. XLIII.

De Baptismo.

Sacramentum Baptismi (I)

Definitio: *Sacramentum a Ch. Domino institutum in quo per ablutionem exteriorem corporis sub invocatione SS. Trinitatis homo spiritaliter regeneratur.*

- est vere N. T. ***Sacramentum***
  - in eo enim concurrunt
    - *ritus sensibilis*, scilicet ablutio cum aqua, et invocatio SS. Trinitatis;
    - *Christi institutio*, ut patet ex S. Scriptura;
    - *collatio gratiae*, ex divina institutione — *Nisi quis*, etc.
  - a Ch. institutum
    - iuxta nonnullos post resurrectionem per illa verba: *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos*, etc. (Matth., XXVIII, 19);
    - iuxta alios, post passionem;
    - iuxta plures et probabilius, cum Ch. in Iordane a Ioanne fuit baptizatus.
- ***Triplex*** distinguitur
  - *fluminis* — quem definivimus;
  - *sanguinis* — est martyrium pro Ch. fide perpessum a non baptizato;
  - *flaminis* — est caritatis perfectus actus cum desiderio baptismum suscipiendi.
- est necessarium necessitate medii (extra martyrium)
  - post promulgationem sufficientem Evangelii:
    - *Nisi quis renatus fuerit*, etc. (Ioannes, III, 3).
    - *Si quis verba illa* Nisi quis etc. *ad metaphoram detorserit anathema sit* (Conc. Trid.).
  - in re, pro infantibus,
  - in re vel in voto, pro adultis.
- ***Effectus:***
  - remissio peccati originalis et omnium actualium ante baptismum commissorum;
  - condonatio omnium poenarum;
  - ablutio omnium irregularitatum ex delicto provenientium;
  - infusio gratiae sanctificantis et donorum Spiritus Sancti;
  - infusio gratiae sacramentalis spiritualia auxilia afferentis;
  - impressio characteris quo baptizatus efficitur: membrum Ecclesiae, capax recipiendi alia Sacramenta — deficiunt in Bapt. flaminis et sanguinis.
  - cognatio spiritualis (Vide *De Matrimonio*).
- m inistrandum
  - quoad tempus
    - infantibus quo citius fieri potest, et graviter peccat qui illum diu differt;
    - adultis cum instructi sint.
  - quoad locum: in Ecclesia paroch. vel in Ecclesia ubi adsit Fontis ius — excipe: casum necessitatis; si agatur de filiis Regum et Principum ratione dignitatis.
- ***Materia***
- ***Forma***
- ***Minister***
- ***Subiectum***
- ***Caeremoniae***

(Vide Tab. seq.).

TAB. XLIV.

Seq. de Baptismo.

Sacramentum Baptismi (II)

- ***Materia***
  - remota
    - *certa, valida et licita:* — Aqua vera et naturalis benedicta et chrismate immixta, sive fervens, sive frigida — *extra necessitatem ;*
    - *valida:* — sed illicita — *extra necessitatem* — aqua naturalis sive fervens sive frigida.
    - *dubia et illicita — extra necessitatem* — iusculum valde tenue, lixivium, cerevisia valde tenuis, aqua ex sale soluto ;
    - *apta, sed illicita — extra necessitatem* — aquae distillatae cum floribus.
  - proxima est *ablutio* quae
    - fit per
      - *immersionem;* in usu fuit usque ad saec. XIII;
      - *aspersionem* et *infusionem* qui modus nunc viget et merito, nam sic:
        - res facilior evadit;
        - saluti infantium consulitur;
        - periculum abest suffocationis;
        - melius pudicitiae consulitur.
    - sufficit, — quicumque ex praedictis modis servetur ;
    - fieri debet
      - in capite infantis, secus iterari debet sub conditione ;
      - cum sufficienti aqua ;
      - a ministro idoneo dum formam profert.
- ***Forma***
  - haec est — *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.*
  - si
    - *substantialiter* mutetur, invalidat Sacramentum ;
    - *accidentaliter* mutetur, Sacramenti illicitam reddit administrationem.
- ***Minister***
  - ordinarius
    - ex iure divino Sacerdos (in baptismate solemni);
    - ex iure ecclesiastico
      - episcopus in sua dioecesi ;
      - parochus in sua paroecia.
  - extraordinarius
    - diaconus in Baptismo solemni, sed tantum
      - ex delegatione et
      - cum gravis adest causa.
    - omnes homines rationis usum habentes sive
      - mares
      - foeminae.
    - (in casu necessitatis) etsi haeretici et infideles.
- ***Subiectum***
- ***Caeremoniae***

(V. Tab. Seq.).

TAB. XLIV. (bis)

Seq. de Baptismo.

Sacramentum Baptismi (III)

- ***Caeremoniae baptismi solemnis***
  - *generales*: Benedictio Fontis.
  - *particulares*
    - *antecedentes*
      - adhibitio susceptorum idest: *patrini* et *matrinae*, (vel saltem unus patrinus; sive vir hic sit sive mulier; nec possunt adhiberi licite plures quam duo (Conc. Trid)). qui . . .
        - habeant usum rationis,
        - sint baptizati,
        - sint designati a parentibus vel parocho,
        - habeant intentionem id munus gerendi,
        - phisice tangant infantem vel saltem suscipiant e manibus baptizantis aut de sacro fonte.

        } ut *valide* sint patrini et obligationes officio patrini annexas contrahere valeant.
        - non sint
          - apostatae, haeretici, schismatici
          - publicae excommunicati,
          - ignorantes rudimenta fidei,
          - monachi,
          - moniales,
          - regulares a saeculo segregati (nisi facti sint episcopi),
          - coniuges respectu coniugum,
          - parentes respectu parentum.

          } ut licite sint patrini etc.

        et impositio nominis alicuius Sancti.
      - signa Crucis variis corporis partibus impressa;
      - linitio cum saliva;
      - traditio salis, quod baptizando ad degustandum datur.
    - *concomitantes*
      - abrenuntiatio Satanae etc. per susceptores facienda:
      - *sponsio* qua baptizandus Chr. adscribitur.

        } et haec vocantur vota baptismalia.
      - professio Fidei,
      - inunctio oleo cathecumenorum.
      - SS. Trinitatis confessio.
    - *Subsequentes*
      - unctio Chrismatis,
      - traditio cerei accensi,
      - impositio vestis albae.
- ***Subiectum*** (V. Tab. Seq.).

TAB. XLV.

Seq. de Baptismo.

Sacramentum Baptismi (IV)

Omnis et solus homo viator vivus ab Adam descendens nondum baptizatus est ***subiectum*** huius Sacramenti circa quod dicendum:

si agatur de infantibus:

- rationis usu carentibus, valide et licite baptizantur.
- in utero matris adhuc degentibus:
  - baptizari possunt si adsit periculum mortis.
  - quando aqua attingi:
    - nequeunt non sunt baptizandi;
    - possunt per istrumentum, disputant doctores.
  - casus adesse potest in quo sunt extrahendi ut possint baptizari; sed tantum cum:
    - mater non potest naturaliter parere, et
    - sectio non est adductura in proximum mortis periculum, insuper
    - proles non potest aliter baptizari.
- abortivis utcumque parvis baptizari debent:
  - *absolute* si de eius animatione et formatione constat;
  - *sub conditione* si de eius vita aut formatione dubitatur.
- monstruosis:
  - qui humanam speciem non praeseferunt, non sunt baptizandi;
  - de quibus adest dubium utrum homines sint, baptizentur sub conditione;
  - de quibus dubitatur utrum sint *una* vel *plures personae*, non baptizentur donec id discernatur.
- filiis infidelium et haereticorum invitis parentibus dicendum quod:
  - valide et licite baptizantur quando:
    - rationis usum habeant et baptismum petant;
    - in mortis periculo constituti sint, si id fieri potest absque violentia et scandalo in secreto;
    - sint expositi vel derelicti;
    - perpetuo amentes;
    - iure belli captivi;
    - unus parentum consentiat.
  - non licet eos baptizare utroque reluctante parente.

si agatur de adultis, ut rite suscipiant baptismum requiruntur:

- *ad validitatem:*
  - voluntas recipiendi,
  - intentio saltem habitualis, accipiendi baptismum.
- *ad liceitatem:*
  - fides,
  - timor Dei,
  - poenitentia,
  - propositum christiane vivendi,
  - amor Dei saltem initialis,
  - spes iustificationis,

si agatur de dubie baptizatis:

- Baptismus est iterandus sub conditione quoties prudenter dubitatur de validitate Baptismi.
- non iteratur Baptismus:
  - infantibus quorum Baptismi susceptionem unus saltem testis fide dignus affirmat;
  - baptizatis ab obstetricibus et personis peritis, nisi, re diligenter examinata, adsit suspicio erroris.

Finis Tractatus sexti.

TRACTATUS VII.

DE CONFIRMATIONE

TAB. (XLVI).

De Confirmatione.

Sacramentum Confirmationis

Definitur: *Sacramentum a Chr. institutum quo per manuum impositionem et sacri Chrismatis in fronte unctionem, sub praescripta verborum forma baptizato, spiritus sanctus datur, ad fidem firmiter tenendam et intrepide profitendam.*

- ***est vere Novae Legis Sacramentum***
  - in eo enim adest
    - *signum sensibile*, (manuum impositio et oratio);
    - *gratiae collatio*, quia accipitur Spiritus Sanctus;
    - *divina institutio*, ut colligitur ex effectu.
  - a Chr. institutum post suam resurrectionem (iuxta plurimos);
  - necessarium necessitate praecepti.
- ***Materia***
  - remota
    - commixtio olei olivarum et balsami ab episcopo benedicta.
  - proxima est iuxta
    - nonnullos manuum impositio, (sententia improbabilis).
    - plures impositio manuum et unctio simul,
    - paucos unctio sola.
- ***Forma***
  - haec est
    - *Ego signo te signo Crucis, confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.*
  - non immutetur
    - *substantialiter* ne Sacramentum invalidum evadat,
    - nec
    - *accidentaliter* ne illicita confirmatio fiat.
  - concomitanter se habeat cum unctione Crismatis.
- ***Minister***
  - ordinarius est *episcopus*;
  - extraordinarius (ex sola Pontificis commissione) *sacerdos*.
- ***Subiectum***
  - est omnis et solus baptizatus nondum confirmatus.
  - in quo requiruntur haec dispositiones:
    - ex parte corporis
      - ieiunium in quantum est possibile,
      - modestia et decentia,
      - usum rationis (ad liceitatem).
    - ex parte animae
      - status gratiae,
      - cognitio rudimentorum fidei,
      - oratio assidua,
      - intentio saltem habitualis Sacr. recipiendi.
- ***Effectus***
  - argumentum gratiae sanctificantis,
  - gratia sacramentalis,
  - impressio Characteris,
  - cognatio spiritualis (V. *De Matrimonio*).
  - mutatio nominis si sit turpe vel ridiculum.
- ***Caeremoniae***
  - designatio patrini qui:
    - sit (confirmandum physice tangat in actu quo Sacramentum administratur.)
      - baptizatus et confirmatus,
      - unus numero,
      - eiusdem sexus ac ipse confirmandus,
      - distinctus ab eo qui fuit in baptismo, saltem extra casum necessitatis.
    - non sit
      - religiosus vel monialis,
      - pater aut mater, maritus vel uxor confirmandi,
      - excommunicatus, haereticus, interdictus,
      - ignarus rudimentorum fidei.
  - levis alapa, et communis benedictio.

Finis Tractatus septimi.

TRACTATUS VIII.

DE EXTREMA UNCTIONE

TAB. XLVII.

De Extrema Unctione.

Sacramentum Extrema Unctionis

Definitur: *Sacramentum a Chr. Domino institutum ad salutem animae et etiam corporis, conferendum infirmis de vita periclitantibus, per unctionem olei benedicti et orationem sacerdotis.*

est vere N. T. Sacramentum — ut probatur:
- ex Trid.: *Si quis dixerit Estr. Unct. non esse proprie dictum Sacr. a Chr. institutum, anathema sit.*
- ex Epist. S. Iacobi: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbiteros Ecclesiae (ungentes oleo, etc.).*
- ex eo quod continet: *ritum sensibilem, gratiae collationem, divinam institutionem.*

necessarium necessitate praecepti.

Materia — remota est:
1° oleum ex olivis,
2° ab episcopo benedictum, quae benedictio iuxta plures est necessaria, quod in praxi tenendum.

proxima est *unctio* quae fieri debet in modum crucis in sex corporis partes, nempe:
- *in oculis* propter visum,
- *in auribus* propter auditum,
- *in naribus* propter odoratum,
- *in ore* propter gustum et locutionem,
- *in manibus* propter tactum
- *in pedibus* propter gressum et delectationem lumborum.

si tempus deficiat, in una corporis parte, in capite, sub una formula universali, et sub conditione *si es capax*.

non est de necessitate seu validitate quod fiat:
- per immediatum manus contactum,
- in geminis partibus,
- iuxta ordinem Ritualis.

Forma haec est: *Per istam sanctam Unctionem et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum* (vel auditum, odoratum, tactum, gressum et lumborum delectationem) *deliquisti. Amen.*

Minister
Subiectum
Effectus
(Vide Tab. seq.).

TAB. XLVIII.

Seq. de Extrema Unctione.

Sacramenti Extremae Unctionis

- **Minister**
  - omnis Sacerdos et
    - etiam excommunicatus, cum hoc Sacramentum non sit institutum per modum iudicii.
  - solus Sacerdos ut
    - docet Scriptura / tenet Ecclesia — valide hoc Sacr. administrat.
  - qui tamen ut licite Sacr. administret esse debet
    - pastor animarum quibus Sacramentum administrat, vel delegatus a pastore.
- **Subiectum est homo**
  - baptizatus,
    - rationis usu praeditus, ideo non ungantur
      - pueri, nec perpetuo amentes.
    - infirmus, graviter periclitans; et ipsi non reiteretur nisi
      - in infirmitate diversa et periculosa,
      - in diverso diuturnae infirmitatis periculo,
    - qui tamen sit dispositus, idest:
      - sacramento Poenitentiae refectus vel saltem
      - contritus vel attritus et si fieri potest
      - sacra Synaxsi confortatus.
- **Effectus**
  - animi corroboratio,
  - gratia sanctificans,
  - abstersio reliquiarum peccati,
  - remissio peccatorum (secundario et per accidens),
  - sanitas corporis, si animae expediat.

Finis Tractatus octavi.

TRACTATUS IX.

DE ORDINE

TAB. XLIX.

De Ordine.

Sacramentum Ordinis (I)

Definitur : *Ritus sacer, quo spiritualis potestas confertur quoad ea quae ad Sacramentorum tum confectionem, tum dispensationem pertinent.*

Existit

- I Tim., IV, 14: Noli negligere *gratiam*, quae in te est, quae data est tibi *per prophetam*, cum *impositione manuum* presbyterî. — Quibus in verbis inveniuntur: ritus sensibilis, gratiae collatio, divina institutio.
- ut tenent: unanimis et constans traditio; consensio perpetua Ecclesiae, tum decreta Synodorum. — orientalis, occidentalis.

Multos habet *gradus* dupliciter distinctos nempe

maiores hi sunt : (apud Latinos)

- *episcopatus*, de quo disputant utrum sit a presbyteratu distinctus, cuius
  - forma: materia, est manuum impositio; verba prolata in actu applicationis materiae.
  - officia: iudicare — consecrare, ordinare — offerre, baptizare — confirmare, praedicare.
- *presbyteratus*, cuius
  - definitur: *Ordo, per quem traditur potestas Eucharistiam conficiendi et peccata remittendi.*
  - materia: impositio manuum et traditio calicis.
  - forma: Accipe potestatem, etc.
  - officia: offerre — benedicere, praedicare — baptizare.
- *diaconatus*, cuius
  - definitur: *Ordo per quem traditur potestas ministrandi sacerdoti, solemniter celebranti.*
  - materia: manuum impositio et traditio libri Evangeliorum.
  - forma: verba quibus materia applicatur.
  - officia: ministrare celebranti, deferre pixidem aut ostensorium, praedicare, baptizare.
- *subdiaconatus, de quo non constat quod sit Sacramentum et a Ch. institutum*, cuius
  - definitur: *Ordo, per quem traditur potestas ministrandi Diacono et Sacerdoti in Sacrificio Missae.*
  - officia: sacra vasa praeparare, epistolam decantare.
  - obligationes: divinum officium recitare, perpetuam castitatem servare.

Minores (Vide Tab. seq.).

Materia et ***Forma*** (Vide *De singulis gradibus in specie*).

TAB. L.

Seq. de Sacramento Ordinis.

Sacramentum Ordinis (II)

Gradus minores de quibus certum non est quod sint vere N. L. Sacramenta

ostiariatus
- definitur: *Ordo per quem traditur potestas* claudendi ianuas. *Ecclesiae indignis et* aperiendi *dignis.*
- cuius
  - materia
    - remota, sunt claves Ecclesiae;
    - proxima, est traditio clavium,
  - forma — verba in tali traditione prolata.

acolytatus
- definitur: *Ordo per quem traditur potestas* ministrandi *Diacono et Subdiacono in Sacrificio Missae.*
- cuius
  - materia
    - remota, sunt urceoli vacui et candelabrum cum cereo extincto;
    - proxima, est traditio urceolorum et cerei;
  - forma, sunt verba ipsa traditionis.

exorcistatus
- definitur: *Ordo quo traditur potestas* daemones ejiciendi *e corporibus energumenorum.*
- cuius
  - materia
    - remota, est Rituale, in quo exorcismi scripti sunt;
    - proxima, est eiusdem Ritualis traditio.
  - forma — sunt verba quibus traditur Ritualis.

lectoratus
- definitur: *Ordo quo traditur potestas* legendi in Ecclesia S. Scripturam, et scripta SS. PP.
- cuius
  - materia
    - remota: libri S. Scripturarum,
    - proxima: traditio eorumdem librorum.
  - forma: — verba prolata in actu traditionis.

APPENDIX.

Tonsura

definitur: *Ritus sacer ab Ecclesia institutus, quo laicus baptizatus et confirmatus, tonsione capillorum in clerum adsciscitur.*

qua insigniri tantum potest qui
1° sit confirmatus;
2° sciat saltem rudimenta fidei;
3° per tres menses ad minus in aliquo seminario vel conventu commoret.

hos habet effectus:
- tonsuratus vi huius ritus
  - clero adnumeratur
  - et
  - fit capax ecclesiasticorum beneficiorum.
- inducit privilegia
  - immunitatis competentiae canonis, quod in suo rigore persistit.
    - quae a civilibus gubernis non agnoscuntur.

has imponit obligationes nempe:
- delationem coronae et clericalis habitus,
- honestatem vitae.

TAB. LI.

Seq. de Sacramemto Ordinis.

Sacramenti Ordinis Minister

- ***Ordinarius*** est episcopus (de fide)
  - ut probatur
    - ex verbis Tridentini: *Si quis dixerit episcopos non habere potestatem confirmandi et ordinandi, vel eam quam habent illis esse communem cum presbyteris anathema sit.*
    - ex S. Scriptura ubi legitur: *Reliqui te Cretae, ut constituas per civitates presbyteros* (S. Paulus).
    - ex universali Ecclesiae traditione.
  - qui tamen esse potest:
    - *legitimus* et est episcopus proprius sive:
      - *ratione tituli* nempe:
        - *originis*, et tunc requiritur ut ordinandus naturaliter ortus sit ex dioecesi ordinantis;
        - *domicilii*, quando ordinandus per notabile tempus in dioecesi ordinantis commoravit;
        - *beneficii*; sed tunc ut licite quis ordinetur requiritur eiusdem beneficii { pacifica possessio et sufficiens reditus;
        - *familiaritatis triennalis*, ita tamen ut Episcopus congruum beneficium ordinando conferat.
      - *ratione delegationis* seu per litteras dimissorias legitime concessas a:
        - *Summo Pontifice* pro tota Ecclesia,
        - *Legato a latere* vel *Nuntio Ap.* pro sua provincia,
        - *proprio Episcopo* etsi: nondum consecrato vel absente a dioecesi,
        - *Vicario capitulari* vel *Capitulo* et quidem: *post annum* vacationis dioecesis; et tantum *infra annum*.
        - si agatur de: { arctatis vel tonsuratis.
    - vel *illegitimus* uti esset episcopus
      - non proprius,
      - simoniacus,
      - intrusus,
      - haereticus,
      - schismaticus,
      - excommunicatus.

      qui tamen valide ordinat ut tenet Ecclesia et ratio postulat, quia potestas ordinandi inhaeret consecrationi Episcopali.
- ***Extraordinarius***, et est Sacerdos de mandato R. Pont. pro conferendis { tonsura et minoribus.

TAB. LII.

Seq. de Sacramento Ordinis.

Sacramenti Ordinis subiectum

est:
- homo baptizatus,
- masculus,
- confirmatus,
- praeditus intentione saltem habituali, Sacramentum recipiendi.

ut *valide* et *licite* Sacramentum recipiat triplicis generis conditiones habeat idest conditiones:

intrinsecae:
- *scientia competens*,
- *divina vocatio* cuius signa:
  - *interna*:
    - vitae probitas (excellens et positiva.
    - recta intentio.
  - *externa*:
    - consilium viri prudentis,
    - immunitas a gravibus defectibus externis.
- *status gratiae*.

extrinsecae:
- *confirmatio*,
- *exercitium Ordinis antea suscepti;*
- *titulus sustentationis* sive:
  - *beneficii* (Vide *de Ministro*).
  - *patrimonii*:
    - *perpetui*,
    - *constituti in re*: *certa*, *immobili*, *pacifice possessa*, *per se fructifera*, *non gravata* aere alieno vel hypoteca.
    - *approbati* ab Episcopo,
    - *firmi*,
    - *inalienabilis*.
  - *paupertatis* religiosae.
  - *indulti pontificii ratione*: servitii Ecclesiae, mensae communis, vel missionis.
- *Immunitas a censura* vel *irregularitate* (Vide Tab. seq.).
- *aetas praescripta:*
  - 10 ann. pro tonsura,
  - 21 » subdiaconatu,
  - 23 » diaconatu,
  - 25 » presbyteratu,
  - 30 » episcopatu.

respicientes modum ordinationis, quae fieri debet:
- per gradus, non per saltum,
- per statuta temporum interstitia,
- diebus assignatis ab Ecclesia,
- in loco debito,
- post susceptionem Eucharistiae.

TAB. LIII.

Seq. de Sacramento Ordinis.

Irregularitas (I)

Definitur: *impedimentum canonicum, susceptionem Ordinum sacrorum, et susceptorum usum prohibens.*

Distinguitur, ratione:

- *sui* in: *totalem*, et *partialem*.
- *temporis* in: *perpetuam*, et *ad tempus*.
- *causae* in irregularitatem: *ex delicto*, (Vide Tab. seq.) et *ex defectu*. (Vide Tab. seq.).

Importat:

- inhabilitatem ad Ordines sive: *suscipiendos*, *exercendos*. — et haec omnia incurruntur ipso iure, ante iudicis sententiam.
- inhabilitatem ad recipienda beneficia — et haec omnia incurruntur ipso iure, ante iudicis sententiam.

Cessat per:

- *cessationem causae* si sit ex defectu;
- *baptismum* si: ex delicto, ex defectu lenitatis.
- *dispensationem*:
  - R. P.: pro quavis irregularitate iure humano inducta;
  - Episcopi:
    - si irregularitas proveniat *ex delicto occulto* ad forum contentiosum nondum deducto, excepto homicidio voluntario;
    - cum *illegitimis*, sed tantum: ad Ordines minores, et ad beneficium simplex cui non est annexus Ordo sacer.
    - in *bigamia similitudinaria* dummodo matrimonium non sit attentatum: cum vidua et corrupta.
    - *si dubius sit aliquis defectus.*
  - Praelatorum regularium iuxta specialia privilegia.
- *professionem religiosam* quoad irregularitatem natalium, non vero quoad dignitates et praelaturas, nisi accedat dispensatio.

NOTA.

Nulla incurritur irregularitas nisi in iure, nempe in decretis SS. Pontificum vel in generali comitio sit xpressa.

TAB. LIV.

Seq. de Sacramento Ordinis.

Irregulares ex delicto ob (II)

- *male susceptum* vel *iteratum baptismum* sunt omnes qui:
  - baptizati sunt extra necessitatem ab haeretico cognito et declarato;
  - baptismum usque ad mortem differunt;
  - pubblice et solemniter rebaptizant vel rebaptizantur et clerici ex officio ministrantes.
- *furtivam Ordinis susceptionem* sunt qui:
  - ordinantur sine Episcopi approbatione;
  - sine debita dispensatione Episcopi recipiunt eodem die plures Ordines, quorum unus est sacer;
  - suscipiunt Ordinem sacrum post Matr. ratum, renitente uxore.
  - ordinantur ab Episcopo: excommunicato, suspenso, interdicto, haeretico vel schismatico, simoniaco.
- *violationem censurae* sunt qui:
  - exercent Ordinem sacrum: scienter, temere et solemniter.
  - cum sint vera et propria censura irretiti, Ordinem exercent, non vero si actum iurisdictionis simpliciter.
- *usurpationem Ordinis sacri* est clericus qui:
  - serio et scienter, Ordinem quem non habet exercet.
- *crimen* sunt:
  - ob *publicam haeresim* vel *apostasiam a fide*:
    - haeretici, et apostatae.
    - *filii haereticorum* vel apostatarum usque ad secundam generationem, nisi nati ante haeresim;
    - fautores, receptores, defensores haereticorum vel apostatarum.
    - quae si sit occulta, res dubia est, et tunc dispensat Episcopus ad cautelam.
  - *ob homicidium, abortum faeti animati,* vel *mutilationem alicuius membri principalis*
    - sive qui in proprio, sive qui in alieno corpore id fiat.
    - res sit pubblica, sive occulta.
    - qui *moraliter culpabiles* sunt, idest:
      - mandantes,
      - consulentes,
      - adiuvantes efficaciter et proxime.
      - qui sciunt vel dubitant suae actioni inesse periculum occidendi, et cum gravi culpa praecavere negligunt.

Nota 1ª — Irregularitas *ex delicto* incurritur per solam culpam gravem, externam et consummatam.

Nota 2ª — Requiritur Scientia
- *legis* ecclesiasticae prohibentis? sententia communissima affirmat
- *poenae?* duplex sententia probabilis, alii affirmant; negant.

TAB. LV.

Seq. de Sacramento Ordinis.

Irregulares ex defectu (III)

- *natalium* sunt
  - omnes nati ex matrimonio nullo, utroque parente cognoscente;
  - » filii illegitimi, etiam occulti, non legitimati;
  - » nati ex matrimonio legitimo, sed concepti cum eius usus licitus non erat
    - ob solemne votum castitatis, vel
    - Ordinis susceptionem.
  - omnes praedicti, exceptis
    - natis ex infidelibus;
    - expositis de quorum parentibus non constat.
- *animae*, sunt qui carent
  - *scientia necessaria,* sive in actu, sive in radice.
  - usu rationis, etsi lucida habeant intervalla, ut sunt:
    - *amentes,*
    - *lunatici,*
    - *furiosi,*
    - *epileptici,*
    - *energumeni.*
  - fide satis probata.
- *corporis* sunt
  - *caeci*, qui canonem legere nequeunt;
  - *surdi* utraque aure;
  - *muti*, vel qui nonnisi cum magna difficultate loqui possunt;
  - *claudi*, qui sine baculo consistere nequeunt;
  - *carentes*
    - *manu*, vel
    - *digitis omnibus*, vel
    - *tribus posterioribus*, vel
    - *pollice.*
  - paralytici, leprosi, carentes nasu, monstruosi.
- *aetatis*, sunt qui aetatem canonicam pro singulis Ordinibus non attigerunt.
- *Sacramenti* seu bigami bigamia
  - vera, vel
  - interpretativa, vel
  - similitudinaria (quo in casu disputant DD.).
- *famae* sive
  - *iuris*
    - quae per legem Eccl. irrogatur.
  - et afficit
    - *duellantes*, eorumque patrinos;
    - *raptores mulierum,* iisque consilium vel auxilium praebentes;
    - *bigamos,* in bigamia simultanea;
    - *simoniacos*, in simonia reali;
    - *Cardinalium insecutores*, cooperatores eorum, filios et nepotes in linea recta post delictum natos;
    - *haereticos*, eorumque complices et filios usque ad secundum gradum in linea paterna et primum in linea materna.
  - sive *facti*, quae contrahitur ex notorietate criminis enormis.
- *libertatis* sunt:
  - *mancipia* et *uxorati*,
  - *curiales* et *obligati ad rationem reddendam.*
- *lenitatis* sunt
  - qui voluntarie, active, efficaciter et proxime, quavis de causa, ad alicuius mortem vel mutilationem concurrunt, sive:
    - 1° *in iudicio*, iudices, advocati, accusatores, carnifices, etc. — Quaestio est de iuratis;
    - 2° *in bello iniusto*, vel bello iusto offensivo si mutilant vel interficiunt;
    - 3° *in exercitio medicae artis*, si sint *clerici* vel *monachi* medentes extra casum necessitatis, cum adustione vel incisione, si inde mors acceleratur, vel sequitur mutilatio.

Finis Tractatus noni.

TRACTATUS X.

DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE

TAB. LVI.

De Sacramento Eucharistiae.

Sacramentum Eucharistiae

Definitur: *Sacramentum corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini ad spiritualem animi refectionem divinitus institutum.*

Est vere N. L. Sacramentum ut probatur:
- ex verbis Tridentini: *Si quis dixerit Sacramenta N. L. esse plura vel pauciora quam septem, idest Baptismum, etc., Eucharistiam, etc., anathema sit.*
- ex eo quod habet:
  - *signum sensibile:* panem et vinum;
  - *divinam institutionem: Hoc facite*, etc.;
  - *gratiae promissionem: Panis quem ego dabo*, etc.

Christum continet
- vere, realiter et substantialiter:
  - sub speciebus panis et vini ut probatur:
    - ex verbis Trid.: *S. q. d. in Euch. remanere panis et vini substantiam una cum corpore et sanguine Chr. anathema sit.*
    - ex verbis Christi Euch. institutoris: *Hoc est corpus meum; Hic est calix sanguinis mei.*
    - ex doctrina Ecclesiae.
  - in qualibet speciei parte: *Si quis negaverit sub quavis speciei parte totum Chr. contineri, anathema sit.* (Trid.).
- unde adorari debet cultu latreutico.
- modo permanenti:
  - *S. q. d. corpus et sanguinem D. N. I. C. esse tantum in Euch. dum sumitur, anathema sit.* (Trid.).
  - ut tenet Ecclesia, quae Eucharistiam:
    - absentibus deferre solebat (primis saeculis);
    - fidelibus in domo concedebat;
    - conservari vult pro infirmis:
    - religiosissime custodit.

Necessarium est
- non necessitate medii,
- sed est praecepti:
  - tum:
    - divini quoad substantiam et quidem: quando adest periculum vitae; pluries in vita.
    - ecclesiastici quoad determinationem et quidem: semel in anno, tempore paschali, in propria paroecia.
  - ut probatur:
    - ex verbis Christi: *Nisi manducaveritis*, etc.; *Panis quem ego dabo*, etc.;
    - ex traditione: *Omnis utriusque sexus...* (Trid.).

Hos producit ***effectus:***
- augmentum gratiae,
- remissionem venialium,
- auxilium ad vitanda mortalia et perseverandum in bono,
- specialem unionem cum Chr. et eius membris.
- vitam aeternam animae et corporis.
- aliquando gratiam primam (per accidens).
- iuvamen:
  - non quidem directe ex opere operato, sed
  - indirecte ex opere operantis: viventibus et defunctis.

TAB. LVII.

Seq. de Sacramento Eucharistiae.

Sacramenti Eucharistiae

Materia est:

- *panis triticeus et usualis* — azimus pro latinis, fermentatus pro graecis. — unde invalida materia esset panis ex — oriza, avena milio et.
- et *vinum de vite* — et quidem *usuale* unde:
  - non licet: sicera, agresta, acetum, uva, sapa, lora, spiritus vini.
  - licet vinum: ex uvis passis confectum; commixtum cum spiritu usque ad 12 °/₀.
- *aqua* mixtum quae:
  - sit:
    - ratione qualitatis *naturalis*,
    - ratione modi: *in calice ipso*, *intra ipsum sacrum*.
    - ratione quantitatis: *non ultra tertiam partem*, *ad duas vel tres guttas*, *etsi una sufficiat*.
  - commixtio est de necessitate: non Sacramenti, sed praecepti: ecclesiastici, et sub gravi.

quae sit:
- moraliter et sensibiliter praesens;
- congruens et sicut Ecclesia praescribit;
- certa et determinata ex intentione celebrantis;
- in quantitate sufficienti;
- super corporalem et sacram petram.

Forma

haec est: *Hoc est enim corpus meum*, pro prima consecratione; *Hic est enim calix sanguinis mei novi et aeterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, pro secunda consecratione.

et recitari debet: recitative et significative nec mutetur (Vide *De Sacr. in genere*).

TAB. LVIII.

Seq. de Sacramento Eucharistiae.

Sacramentum Eucharistiae

- ***Minister***
  - *consecrationis* est solus sacerdos rite ordinatus.
  - *distributionis*
    - *ordinarius* est solus sacerdos;
    - *extraordinarius* est diaconus iusta causa interveniente.
      - primis Ecclesiae: clericus inferior vel laicus, sed privatim.
      - saeculis etiam: clericus inferior vel laicus, sed privatim.
- ***Subiectum***
  - est omnis homo
    - viator,
    - baptizatus.
  - sunt etiam
    - infantes, temporarii amentes: dummodo discernere sciant Panem Angelicum a pane naturali.
    - surdimuti, epileptici,
    - capite damnati,
    - energumeni.
  - in quo sint haec conditiones et *dispositiones*:
    - ex parte corporis
      - munditia et decens habitus.
      - ieiunium naturale
        - nisi agatur de
          - viatico,
          - vitando scandalo,
          - necessitate sacrificium perficiendi,
          - vitanda irreverentia.
        - quod
          - non admittit parvitatem materiae;
          - servari debet a media nocte;
          - frangitur quando quod sumitur:
            - est ab extra;
            - rationem habet cibi, potus vel medicinae;
            - ut cibus vel potus sumitur.
    - ex parte animae
      - status gratiae,
      - fides et devotio, nec non immunitas a censuris.
- administretur debito
  - *tempore*
  - *loco*
  - *ritu.*
- per modum *viatici* administrandum eo
  - modo et ritu
    - quo Ecclesia praescribit
    - (quantumxfieri potest).

TAB. LIX.

Seq. de Sacramento Eucharistiae.

Sacrificium (I) — Novea Legis seu Missa

Definitur: *Oblatio rei sensibilis, a ministro legitimo Deo facta, per destructionem aut aliam rei immutationem ad testandum supremum Dei dominium in nos, nostrique subiectionem.*

definitur: *Corporis et sanguinis D. N. I. C. consecratio et oblatio.*

est:
- unicum et verum N. L. Sacrificium.
- ratione finis, *sacrificium*:
  - *latreuticum*, quia offertur Deo in agnitionem eius supremi dominii;
  - *eucharisticum*, quia offertur Deo in gratiarum actionem;
  - *propitiatorium*, quia offertur Deo in remissionem peccatorum;
  - *impetratorium*, quia offertur Deo ad beneficia impetranda.
- quoad valorem:
  - *in se*, seu in *re oblata* infinitum;
  - in applicatione, determinati valoris, quia determinata est hominum dispositio.
- multisnominibus donatum ut:
  - Missa,
  - Collecta,
  - Oblatio,
  - Hostia pacifica, etc.
- quoad essentiam:
  - *consecratio*, in qua ponitur victima, cui coniungitur,
  - *sumptio*, quia victima in sumptione destruitur.

hos habet *effectus*:
- ex parte *rei*:
  - adorationem,
  - gratiarum actionem,
  - remissionem { peccatorum et poenarum.
  - impetrationem bonorum sive { spiritualium, temporalium.
- ex parte *causae*:
  - *ex opere operato*, fructum qui confertur intuitu meritorum Christi;
  - *ex opere operantis*, fructum qui confertur intuitu meriti et devotionis celebrantis.
- ratione *participantium* fructum,
  - *generalissimum*, de quo omnes aliquo modo participes fiunt;
  - *generalem*, de quo participant qui assistunt vel aliquo modo concurrunt;
  - *specialem*, de quo participant illi, quibus missa applicatur;
  - *specialissimum*, qui contingit soli sacerdoti celebranti.

offerri potest:
- *pro vivis* { sive { fidelibus, infidelibus. } dummodo non sint excommunicati vitandi.
- *pro defunctis*, qui in purgatorio degunt, non vero { *pro beatis*, quia non indigent; *pro damnatis*, quia in inferno nulla est redemptio.

TAB. LX.

Seq. de Sacramento Eucharistiae.

Sacrificium Missae (II)

Minister

primarius est Christus.

secundarius est sacerdos qui:

- ratione sacerdotii tenetur
  - aliquando celebrare et id iure
    - divino et ecclesiastico.
  - *sub gravi* non nisi ter vel quater in anno celebrare;
  - *sub levi* saepius celebrare.
- si officium pastoralem susceperit, tenetur:
  - *sub gravi* Missam celebrare singulis diebus dominicis et festis de praecepto;
  - *Missam* pro populo item sub gravi
    - *applicare* et quidem
      - diebus statutis,
      - loco statuto,
      - per seipsum.
- potest stipendium accipere
  - dummodo sit iustum;
  - sed tum oritur obligatio Missam applicandi.

Missam applicare debet
- saltem habitualiter,
- ante consecrationem,
- personae offerenti stipendium, aliquo modo determinato.

Conditiones ad celebrandum:

quoad locum
- *ex iure ordinario* Missa celebrari debet in *ecclesia*:
  - *consecrata*, vel *benedicta*.
  - *non polluta* per
    - seminis vel sanguinis humani voluntariam effusionem,
    - homicidium voluntarium,
    - sepulturam infidelis vel excommunicati vitandi.
  - non execrata,
  - neque interdicta.
- ex iure extraordinario quovis loco.

quoad tempus
- *quotidie*, nisi adsit specialis Ecclesiae prohibitio, celebrari potest;
- *semel in die*, excepto indulto Ecclesiae, ab unoquoque sacerdote;
- *quacumque hora*, ab aurora ad meridiem; sed licet ante auroram et post meridiem,
- Missas celebrare quoties iustae interveniunt causae, nempe:
  - exceptio iuris,
  - privilegium apostolicum,
  - necessitas,
  - dispensatio.

quoad alia requisita, quae sunt:
- altare
  - consecratum (saltem petra),
  - cum reliquiis Martyrum,
  - tribus mappis coopertum,
  - cruce et crucifixo munitum,
  - candelabris cum duabus (saltem) candelis accensis adornatum.
- missale, continens saltem canonem;
- corporale, palla, purificatorium, bursa et velum;
- calix cum patena, qui habeat saltem cuppam argenteam, intus inauratam.
- vestes sacrae
  - maiores: alba, manipulum, stola et casula,
  - et minores: amictus et cingulum.
  - benedictae, apta materia confectae, colore convenienti.
- ritus et caeremoniae praescriptae.

Finis Tractatus decimi.

TRACTATUS XI.

DE SACRAMENTO POENITENTIAE

TAB. LXI.

De Sacramento Poenitentiae.

Sacramentum Poenitentiae.

- Definitur: *Sacramentum Novae Legis a Chr. Domino institutum, quo homini contrito, confesso et satisfacere proponenti peccata post baptismum commissa per iuridicam sacerdotis absolutionem remittuntur.*
- ***Est vere N. L. Sacramentum*** ut probatur:
  - ex verbis C. Trid.: *S. q. d. in Eccl. Cath. poenitentiam non esse vere et proprie dictum Sacramentum, anathema sit.*
  - ex verbis institutionis: *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata*, etc.
  - ex eo quod prae se fert:
    - signum sensibile,
    - divinam institutionem et
    - adnexam gratiam.
- ***Necessarium est*** necessitate:
  - *medii*
    - in re vel in voto
      - baptizatis lapsis in peccatum mortale.
  - *praecepti*
    - divini quod:
      - per se obbligat in articulo mortis;
      - per accidens quoties lapsus in mortali debet
        - Sacr. administrare vel
        - Sacr. suscipere.
    - et ecclesiastici quod afficit:
      - adultos baptizatos in peccatum mortale lapsos,
      - et quidem semel in anno, per confessionem rite factam.
- ***Partes materiales:***
  - essentiales sunt
    - *contritio* et *confessio*
      - (Vide Tab. seq.).
  - integralis, *satisfactio.*
- hos habet ***Effectus:***
  - remissionem peccatorum
    - quoad culpam et
    - quoad poenam aeternam.
  - collationem gratiae sanctificationis,
  - reviviscentiam meritorum,
  - quamdam remissionem poenae temporalis peccato debitae.
- ***Materia*** et ***Forma Minister,*** etc.
  - (Vide Tab. seq.).

APPENDIX.

Sacramentum Poenitentiae differt a *virtute* poenitentiae ex eo quod:

- *virtus* est habitus internus — *Sacramentum* signum externum;
- *virtus* poenitentiae est tantum pars Sacramenti;
- *virtus* poenitentiae existere potest sine *Sacramento*, non *Sacramentum* sine *virtute*;
- *virtus* poenitentiae omnibus, qui mortaliter peccaverunt, necessaria est actu et in re — *Sacramentum* necessarium est vel in re vel in voto iis, qui post baptismum mortaliter peccaverunt.

TAB. LXII.

Seq. de Sacramento Poenitentiae.

Sacramenti Poenitentiae materia

remota est omne peccatum actuale et quidem:
- *necessaria* si mortale, nondum rite confessum vel dubium,
- *libera*, sed sufficiens si veniale, vel mortale iam remissum.

proxima sunt actus poenitentis, nempe:

contritio, quae
- definitur: *Animi dolor ac detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de caetero.*
- *esse debet*:
  - interna et vera,
  - supernaturalis: ratione principii et ratione motivi.
  - summa saltem appretiative, nisi intensive,
  - universalis, *saltem respectu mortalium,*
  - formalis,
  - coniuncta cum fide et spe veniae.
  - cum ulteriore non peccandi proposito: universali, firmo, efficaci, explicito (iuxta plures).
- *obligat*:
  - per se: in probabili mortis periculo, ad diutius non differendam conversionem.
  - per accidens: quoties adimplendum praeceptum quod sine contritione adimpleri nequit; cum eliciendus est caritatis actus; cum gravis urget tentatio.
- dividitur in:
  - *perfectam*, quae delet peccatum;
  - *imperfectam* quae: vocatur *attritio* et consistit in *metu gehennae* coniuncto cum *amore Dei* initiali: iuxta nonnullos *concupiscentiae*, iuxta alios *benevolentiae*. absolute necessaria est in Sacr.to Poenitentiae.
  - et *formidolosam* quae: procedit ex metu naturali, vel mundano, aut supernaturali, vel servili: sive simpliciter; sive serviliter; vel demum filiali. bona est, sed non sufficit ad Sacr. absolutionem.
- virtualiter perseverare debet, ut unum morale constituat cum absolutione;
- iuxta communiorem saltem sententiam absolutionem praecedere debet.

Confessio et ***Satisfactio*** (Vide Tab. seq.).

TAB. LXIII.

Seq. de Sacramento Poenitentiae.

Confessio sacramentalis (I)

- Definitur: *Accusatio propriorum peccatorum facta sacerdoti facultatem habenti ad obtinendam veniam per absolutionem.*
- *est institutionis divinae* ut probatur:
  - ex verbis C. Trid.: *S. q. d. confessionem sacr. institutam et ad salutem necessariam non esse iure divino, anathema sit.*
  - ex verbis Chr.: *Quodcumque solveritis*, etc.;
  - ex traditione universali SS. PP. et praescriptione.
- *necessaria est* et obligat
  - *quoad subiectum*, omnes qui post baptismum peccaverunt mortaliter;
  - *quoad tempus*
    - per se
      - in articulo mortis,
      - pluries in vita.
    - per accidens
      - quando sumenda est Eucharistia;
      - si urgeat gravis tentatio;
      - cum quis aliqua de causa in statu gratiae esse debet.
  - (sed non qui venialiter tantum peccaverint).
- invalida esse potest: (et tunc reiterari debet)
  - ex parte confessarii si
    - iurisdictione careat;
    - formam substantialiter vitiet;
    - non intendat absolvere;
    - nullum intelligat peccatum.
  - ex parte poenitentis quoties:
    - recidivus, nullomodo tentationibus resistit;
    - grave peccatum voluntarie tacuit;
    - ignorat necessaria necessitate medii;
    - mortaliter peccat in conscientiae examine;
    - mala fide surdo vel indocto confessario confiteatur;
    - noluit occasionem tollere, inimico condonare, restitutionem facere.
- *eius dotes:*
  - *brevitas*
  - *humilitas*
  - *sinceritas*
  - *integritas* (V. Tab. seq.)
  - sit
    - prudens
    - vocalis
    - secreta.

TAB. LXIV.

Seq. de Sacramento Poenitentiae.

Confessionis sacramentalis integritas:

- duplex est nempe: *materialis*
  - et haec
    - non ex necessitate Sacramenti necessaria est (per se), sed
    - ex praecepto divino positivo.
  - *quoties* possibilis est;
  - quod fit quando peccatorum mortalium manifestantur
    - species,
    - numerus,
    - circumstantiae speciem mutantes,
    - actus externus,
    - effectus moraliter malus,
    - circumstantiae notabiliter aggravantes ratione
      - censurae,
      - numeri, vel
      - directionis (necessariae).
  - ad quam requiritur
    - examen diligens,
    - numerus saltem probabilis peccatorum (mortalium),
    - manifestatio circumstantiarum quae mutant speciem vel malitiam addunt peccato.
- et *formalis*
  - a qua excusat *impotentia* sive:
    - *physica*, ex gr. si agatur de
      - *extraneo* cuius idioma non bene cognoscitur;
      - eo qui tempore caret;
      - muto vel surdo;
      - gravissime aegrotante.
    - *morali*
      - id est quando quis:
        - invincibili ignorantia laborat;
        - inculpabili oblivione reticet;
        - grave damnum timet spirituale vel temporale confessarii, vel poenitentis, vel proximi;
        - peccatum manifestare non posset absque violatione sigilli;
        - est innodatus aliqua censura, vel peccatum habet reservatum et confessario desunt facultates.
      - sed sub his *conditionibus* nempe:
        - malum quod timetur sit grave;
        - desit alius confessarius;
        - confessio commode differri nequeat;
        - reticentia fiat in ea tantum parte quae periculosa est.

NOTA

Complex occultari debet quotiescumque confessio materialiter integra esse potest sine eius *manifestatione*; si sit impossibilis integritas materialis, poenitens tenetur (nisi graves causae excusent) adire confessarium cui complex sit ignotus.

TAB. LXV.

Seq. de Sacramento Poenitentiae.

Satisfactio

- Definitur: *Poena temporalis a confessario imposita poenitenti ad Dei iustitiam satisfaciendam.*
- dupliciter distinguitur
  - *sacramentalis* (quam definivimus) et est
    - vindicativa
    - vel
    - medicinalis.
  - vel
  - *extra sacramentalis* et consistit in piis operibus sponte susceptis pro peccatis.
- *imponi debet* a confessario
  - proportionate
    - peccatis
    - et
    - statui poenitentis.
  - (ratione qualitatis) ut sit simul
    - vindicativa
    - et
    - medicinalis.
- *acceptari debet* a poenitente et adimpleri
  - si sit rationabilis ;
  - *tempore* a confessario assignato vel *quamprimum;*
  - *modo* et *circumstantiis* praescriptis;
  - integre et totaliter, pro possibilitate;
  - sub gravi, si pro peccatis gravibus, et si sit gravis;
  - sub levi, si pro peccatis levibus, et si sit levis.
- *commutari potest*
  - a confessario, qui eam imposuit, etiam extra confessionem ;
  - ab alio confessario si
    - iuxta adsit causa ;
    - poenitentia non fuerit imposita ob casus reservatos.
- *fieri potest* per indulgentias (Vide infra).

TAB. LXVI.

Seq. de Sacramento Poenitentiae.

Forma Sacramenti Poenitentiae seu absolutio (I)

- haec est: *Ego te absolvo a peccatis tuis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.*
- *sub conditione* data
  - *de futuro* est nulla ;
  - *de praeterito* vel de praesenti est
    - valida si conditio est vera ;
    - invalida si conditio non est vera.
  - est valida et licita, stante iusta causa.
- *concedenda* rite dispositis
  - in quibus adsunt poenitentiae signa ;
    - ordinaria
      - confessio facta cum
        - vero dolore,
        - firmo proposito,
        - satisfaciendi voluntate.
      - protestatio poenitentis asserentis se dolere ac proponere.
    - vel extraordinaria
      - emendationis speciale studium,
      - specialis manifestatio doloris.
- *neganda* indignis (Vide Tab. seq.).
- *differenda* dubie dispositis :
  - nisi adsit gravis causa, et tunc sub conditione dari debet ;
  - pro tempore plus minusve longo, iuxta circumstantias ;
  - et etiam quandoque *rite dispositis* si haec dilatio profutura (prudenter) videtur.
  - ut sunt qui :
    - accedunt ad sacrum tribunal
      - coacti,
      - ex humana consideratione,
      - sine ulla praeparatione.
    - confitentur peccata sua:
      - sine sensu humilitatis,
      - absque submissione ad confessarium,
      - excusando propriam agendi rationem.
    - vocibus astutis quaerunt obtegere peccata,
    - remedia a confessario proposita negligentes,
    - pravum habitum relapsi sunt.
- *proferri debet*
  - modo indicativo,
  - vocaliter,
  - in poenitentem moraliter praesentem,
  - absolute (extra casum necessitatis),
  - (ordinarie) cum precibus antecedentibus et subsequentibus.

TAB. LXVII.

Seq. de Sacramento Poenitentiae.

Forma Sacramenti Poenitentiae seu absolutio (II)

quae *neganda* est indignis nempe iis qui :

- odia et inimicitias fovent ;
- rem alienam iniuste detinent.
- versantur in *proxima* occasione peccandi :
  - *voluntaria* et *praesenti* exceptis :
    - qui signa extraordinaria poenitentiae dederint.
    - qui gravi de causa ius habent ut statim absolvantur, quando nempe
      - adest *periculum mortis* et occasio statim removeri nequeat ob infamiam, scandalum vel deficientiam temporis ;
      - adest difficultas redeundi ;
      - sit periculum infamiae ;
      - adsit periculum damni spiritualis.
  - *absoluta* vel *relativa*.
  - non *necessaria* quia hoc in casu absolvi potest poenitens qui : (nisi conveniat differre)
    - maiori oratione utatur;
    - obiectum periculosum fugiet;
    - renovet promissionem haud amplius peccandi.
- nulla dant signa doloris, vel uti nolunt remediis ad emendationem necessariis;
- publica scandala tollere nolunt;
- ignorant mysteria fidei necessaria necessitate medii;
- sunt formaliter recidivi et signa tantum ordinaria poenitentiae afferunt.

APPENDIX.

Consuetudinarii absolvi possunt

- etsi nulla emendatio praecesserit, si serio proponant media adhibere quae sunt necessaria ad emendationem;
- nisi
  - habitus sit valde radicatus;
  - habituatus sit clericus brevi ordinandus.

TAB. LXVIII.

Seq. de Sacramento Poenitentiae.

Sacramenti Poenitentiae Minister (I)

- *est solus sacerdos* ut probatur:
  - ex verbis C. Trid.: *S. q. d. non solos sacerdotes ministros esse absolutionis, anathema sit.*
  - ex eo quod
    - Ch. solis sacerdotibus dixit: *Quorum remiseritis*, etc.;
    - talis est praxis Ecclesiae, ut eruitur ex Ritualibus et Euchologiis;
    - sic postulat ratio theologica.
- qui habeat
  - *iurisdictionem* (Vide Tab. seq.) et adprobationem.
  - *pietatem, patientiam, prudentiam* in
    - excipiendo,
    - interrogando,
    - audiendo,
    - admonendo.
  - et *scientiam* quae importat ut confessarius cognoscat:
    - casus reservatos, censuras et irregularitates,
    - ea quae
      - pertinent ad essentiam huius Sacramenti;
      - sint peccata ex genere suo mortalia vel venialia;
      - sunt contra praecepta Dei et Ecclesiae.
    - species peccatorum et circumstantias aperiendas;
    - matrimonii impedimenta et statuum obligationes;
    - quibus neganda, differenda, danda absolutio;
    - remedia opportuna singulis peccatorum speciebus;
    - spectantia ad restitutionem.

(quod non sit!) *sollicitator etiam esse potest,* et in hoc casu haec sunt tenenda pro praxi:

- quando
  - adest hoc crimen? quoties adest:
    - incitatio ad res venereas
      - in actu sacramentalis confessionis,
      - immediate ante vel post,
      - occasione vel praetextu confessionis,
      - in confessionali, sive in alio loco ad audiendas confessiones destinato, aut electo cum simulatione audiendi confessionem.
  - denuntiationis obligatio? etquinam denuntiandi?
    - *denuntiandi sunt:* Omnes et singuli sacerdotes tam saeculares quam regulares cuiusvis dignitatis, licet careant iurisdictione, qui aliquem poenitentem, quicumque sit, sive pro se, sive pro aliis sollicitaverint (in actu, etc., ut supra) ad inhonesta et turpia sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive tactu, sive scriptis tunc vel postea legendis, etsi mutua fuerit sollicitatio, sive consenserit vel non, vel longum tempus iam effluxerit; mandantes omnibus confessariis ut poenitentes moneant de obligatione, et
      - hoc
        - ob publicam securitatem Sacramenti, et
        - ob indemnitatem Ecclesiae.
- Quaenam poenae statutae
  - in poenitentem non denuntiantem?
    - Excomm. N. R. iis qui per mensem culpabiliter denuntiare omittunt.
  - in sollicitatorem?
    - Privatio beneficiorum et missae (fer. sen), inhabilitas perpetua.

TAB. LXIX.

Seq. de Sacramento Poenitentiae.

Sacramenti Poenitentiae Minister (II) *jurisdictione* sit praeditus, quae (in casu)

definitur: *Potestas solvendi vel ligandi subditos in tribunale poenitentiae.*

duplex est, nempe:

- ordinaria quae competit:
  - R. P. pro tota Ecclesia,
  - maiori poenitentiario, pro tota Ecclesia (in foro interno),
  - legato pro legatione,
  - archiepiscopo in dioecesibus suffraganeis tempore visitationis,
  - episcopo in sua dioecesi,
  - vicario capitulari, sede vacante,
  - poenitentiario dioecesano,
  - abbati in suo monasterio,
  - praepotitis generalibus, provincialibus et superioribus localibus, pro suis subditis,
  - parochis, vicariis perpetuis aut vicerectoribus pro suis subditis (in foro interno).

  et ubique locorum exerceri potest

  et cessat:
  - amissione officii,
  - suspensione et excommunicatione publica et nominatim denuntiata.

- et delegata quae:

  fit
  - directe
    - a iure, vel
    - ab homine, vel demum
    - a consuetudine.
  - vel indirecte
    - ex iure communi, vel
    - ex consuetudine aut
    - ex concessione R. P.

    poenitenti sibi eligendi confessarium.

  cessat
  - transacto praestituto tempore,
  - aut
  - legitima revocatione.

afficit
- immediate personas,
- mediate territorium.

limitari potest
- quoad personas, vel
- quoad peccata.

(Vide Tab. seq.).

acquiritur ratione
- domicilii, vel
- privilegii, aut
- consuetudinis, vel
- erroris communis, cum titulo colorato,
- articuli mortis aut
- jurisdictionis probabilis.

NOTA.

Sacramenti Poenitentiae Minister *adprobatione* sit praeditus, quae

- definitur: *juridicum episcopi indicium de idoneitate alicuius sacerdotis ad audiendas confessiones.*
- obtineri debet a proprio ordinario.
- si sit
  - *petita* et iniuste denegata, *non sufficit.*
  - *praesumpta*
    - *de futuro*, non sufficit.
    - *de praesenti*, seu *tacita* sufficit.

TAB. LXX.

Seq. de Sacramento Poenitentiae.

Sacramenti Poenitentiae Minister (III)

tenetur

non absolvere complicem: in peccato turpi, certo, gravi, externo et mutuo; excepto periculo mortis quando nullus adsit confessarius; sub poena excommunicationis R. P. specialissimo modo reservatae.

sigillum servare:

- et quidem
  - *iure naturali* titulo
    - fidelitatis,
    - iustitiae et
    - religionis.
  - *iuri divino positivo* saltem implicito,
  - *iure ecclesiastico*, ex Concilii Tridentini praescriptione.
- strictissime unde
  - non datur parvitas materiae;
  - nulla admittitur exceptio;
  - vetatur, hac de re, opinionis probabilis usus;
  - perseverat post mortem poenitentis.
- quando tamen agitur de sola confessione sacramentale.
- quoad
  - peccatorum omnia, sive
    - peccata
      - mortalia,
      - venialia.
    - circumstantias et obiecta.
  - peccata complicis et poenitentiam impositam.
- sive
  - *directe*, non manifestando peccatum poenitentis.
  - *indirecte* quod fit:
    - asserendo tali in loco commune esse tale peccatum (si locus sit parvus); ita narrando quae audivit in conf.
    - ut facile dignoscatur peccator;
    - dicendo talem notorium peccatorem peccatum suum confessum fuisse;
    - verbis vel gestis peccatorem arguendo, ut circumstantes capiant.

errare potest:

- errore vincibili et culpabili, et tunc tenetur poenitentem admonere etiam extra confessionem veniam petendo;
- errore invincibili et inculpabili, et tunc ad nihil tenetur nisi agatur de gravi periculo, quo in casu admonere debet poenitentem;
- circa integritatem negative se habendo, et tunc admoneat, si fieri potest, in confessione.

TAB. LXXI.

Seq. de Sacramemto Poenitentiae.

Reservatio (I)

definitur: *Restrictio iurisdictionis in Sacramento Poenitentiae.*

est ius ecclesiasticum et probatur:
- ex Conc. Trid.: *S. q. d. episcopum ius non habere casus sibi reservandi*, etc., *anathema sit.*
- ex universali Ecclesiae praxi.

fieri potest quoad:

locum et *tempus*: (Vide *De legatione ordinaria et delegata*).

personas et attingit speciatim:

regulares qui: ut confessarii considerati
- accipiunt immediate a S. Sede iurisdictionem ad excipiendas confessiones tum
  - suorum, adsit adprobatio (*quae limitata esse potest*) episcoporum in quorum territorio confessiones audiunt.
  - saecularium si, valide absolvunt, etsi superiores inviti sint, dummodo ab episcopo sint non tantum adprobati, sed ab ipso veram iurisdictionem acceperint.
- ut poenitentes, indigent confessario pro ipsis adprobato.

moniales pro quibus confessarius: debet esse
- ex iure est superior;
- approbatus ab episcopo et quidem singulis trienniis (et ex indulto apostolico post primum triennium);
- annorum 40 (quando id possibile).

vel extraordinarius, bis terve quotannis assignari debet.

Peccata (Vide Taq. seq.).

TAB. LXXII.

Seq. de Sacramento Poenitentiae.

Reservatio (II). Peccata

quae reservationi obnoxia sunt esse debent: *atrociora*, *externa*, *certa* et *completa*.

reservantur vel: *ratione sui*, et tunc ignorantia non excusat; *ratione censurae*, et in hoc casu ignorantia excusat.

distinctio fit inter *casus* et quorum absolutio obtinetur

papales quorum
- duo reservantur *per se* idest:
  - falsa denuntiatio confessarii de sollicitatione,
  - retentio donorum a religiosis acceptorum.
- multi sunt reservati ratione *censurae*
  - alii speciali modo,
  - alii simpliciter (Vide *Tractatus de censuris*).

episcopales quorum alii dicuntur reservati a:
- *iuri* in:
  - attentantes matrimonium dun voto solemni ligati sunt, vel cum iis contrahere praesumentes;
  - procurantes abortum effectu secuto;
  - utentes falsis litteris apostolicis, et eorum cooperatores;
  - percutientes clericos in aliquibus circumstantiis;
  - aliquas suspensiones a Trid. inflictas;
- vel ab *homine*, et hi varii sunt pro locorum diversitate;
  - casus papales occultos.

regulares qui:
- ex iure undecim tantum esse possunt (Clemens VIII, 26 maii 1593);
- variant pro diversitate ordinum, temporum, et voluntate superiorum.

directe vel *indirecte*,
- *directe*:
  - *regulariter* a superiore reservante, eius delegato, successore vel superiore,
  - *modo extraordinario* a simplici confessario in certis rerum adiunctis.
- *indirecte*, quando ex iusta causa non declarantur, vel declarantur apud simplicem confessarium, qui solum a peccatis non reservatis absolvere potest.

TAB. LXXIII.

Seq. de Sacramento Poenitentiae.

Indulgentia

Definitur: *Remissio poenae temporalis, Deo pro peccatis quoad culpam condonatis debitae, quam per applicationem meritorum Christi et Sanctorum, Ecclesia, extra Sacramentum, iusta de causa fidelibus concedit.*

Multipliciter distinguitur, alia enim est:
- *plenaria*, alia *partialis*,
- *personalis*, alia *localis*, alia *realis*,
- *temporalis*, alia *perpetua*,
- *universalis*, alia *particularis*,
- in forma *Jubilaei* (Vide infra).

concedi potest ab Ecclesia ut eruitur:
- ex verbis Ch.: *Quaecumque ligaveritis*, etc.,
- ex SS. PP. testimonio et praxi Ecclesiae.

sub his conditionibus tantum lucrari potest:
- ut subiectus sit:
  - baptizatus,
  - subditus concedentis,
  - nulla maiori excommunicatione ligatus,
  - in statu gratiae,
  - praeditus intentione saltem virtuali lucrandi indulgentiam.
- et ut opera iniuncta perficiantur praescripto:
  - loco,
  - tempore et
  - modo.
- denique ut ordinaria pro ind. pl. praecedant:
  - confessio,
  - communio et
  - preces vocales.

cessat:
- elapso tempore pro quo concessa fuit.
- per
  - mortem concedentis si ad eius beneplacitum sit;
  - revocationem;
  - interitum rei cui adhaeret;
  - loci destructionem;
  - excommunicationem personae;
  - concursum maioris indulgentiae.

Jubilaeum

definitur: *Indulgentia plenaria solemnis cum privilegiis annexis a R. Pont. concessa quaedam opera peragentibus.*

multiplex distinguitur:
- *maius*, seu ordinarium, et *minus;*
- *generale* et *particulare* (pro territorio quod afficit).

multa habet *privilegia* sive:
- pro poenitente,
- pro confessario, qui multas habet facultates (consulantur Bullae jubilaei).

importat
- devotam visitationem ecclesiarum et precum recitationem,
- confessionem et communionem rite factas,
- (insuper si agatur de extraordinario): ieiunium et eleemosinam eo modo et tempore factas quo praescribitur a Sancta Sede.

prorogari potest et pluries lucrifieri.

quamdiu durat, efficit ut suspendantur omnes aliae indulgentiae, exceptis concessis:
- pro defunctis,
- pro recitantibus Salutationem angelicam,
- pro visitantibus SS. occasione 40 horarum,
- a Cardinalibus et Episcopis,
- pro morientibus.

Finis Tractatus undecimi.

TRACTATUS XII.

DE SACRAMENTO MATRIMONII

TAB. LXXIV.

De Matrimonio.

Matrimonium

Definitur: *Coniunctio maritalis viri et mulieris inter legitimas personas individuam vitae consuetudinem retinens.*

multipliciter subdistinguitur et quidem:

1° in
- *legitimum*, quod a non baptizatis contrahitur iuxta legem naturalem;
- *ratum*, quod contrahitur a baptizatis sine ullo impedimento, quando, contractum, nondum copula intercessit;
- *consummatum*, quod etiam per copulam carnalem completum est.

2° in
- *verum*, quod omnes habet conditiones;
- *praesumptum*, quod a iure ut verum et legitimum consideratur;

et

- *putatitium*, quod validum censet ius, sed non est tale ob aliquod impedimentum.

3° in
- *canonicum*, in quo omnia concurrunt quae ab Ecclesia requiruntur;
- *civile*, in quo praescriptiones civiles tantum adimplentur et per iniuriam matr. dicitur;
- *conscientiae*, quod contrahitur in forma consueta, sed absque denuntiationibus et eo pacto ut occultum maneat. (1)

hos fines habet:

essentiales:
- mutua traditio corporum cum obligatione reddendi debitum;
- vinculum indissolubile, cum mutua fidelitate.

accidentales
- *intrinseci*
  - procreatio prolis et
  - remedium concupiscentiae.
- *extrinseci*, qui plures esse possunt pro variis conditionibus contrahentium.

---

(1) Huic suppar est Matrimonium *morganaticum*, cum vir nobilis defuncta uxore, quae ei reliquit liberos, aliam ducit minus nobilem ea lege, ut ipsa eiusque liberi a viri patrisque dignitate excludantur et contenti sint aliqua donatione ad congruam sustentationem sufficiente.

TAB. LXXV.

Seq. de Matrimonio.

Matrimonium

Considerari potest :

- ut *contractus* (quamvis apud Catholicos contractus in Matr. sit inseparabilis a *Sacramento*)
  - et quidem
    - naturalis,
    - divinus,
    - religiosus et
    - civilis,
  - requirit consensum :
    - *personalem*,
    - *verum* et *interum*,
    - quo deficiente, nullum
      - est matrimonium etsi ex una tantum parte deficiat, et tunc :
        - pars innocens non tenetur credere comparti asserenti se non consensisse;
        - pars quae est in culpa, reparet culpae consensum praebendo;
        - adest in ea parte peccatum contra
          - iustitiam,
          - veritatem,
          - et
          - religionem.
    - *deliberatum*, cui obstant vis et error,
    - *mutuum*,
    - *legitimum*,
    - *de praesenti*,
    - *externe manifestatum*.
  - quod fieri potest
    - per procuratorem quando :
      - quis habeat speciale mandatum ad hoc et
      - agatur de contrahendo cum persona determinata ;
      - mandatum non fuerit revocatum ;
      - mandatarius per se contrahat et limites mandati non excedat.
    - per epistolam si adsit gravis causa.
    - sub conditionibus quae
      - non sint *impossibiles* vel *turpes* repugnantes substantiae matrimonii;
      - si sint *de praeterito* vel *praesenti* etiam turpes matr. non invalidant, item si *de futuro necessario;*
      - si sint *de futuro contingenti* et honesto, suspensum remanet Matr. donec conditiones impletae sint.
- et ut *Sacramentum*, et tunc :
  - definitur : *Signum sensibile a Ch. D. institutum gratiae collatae viro et mulieri legitimo consensu copulatis ad legitimae vitae consuetudinem.*
  - *materia* huius Sacramenti sunt corpora contrahentium;
  - *forma* est consensus expressus
    - per verba
    - vel
    - per signa.
  - *ministri* sunt fideles contrahentes.
  - *Proprietates* et *conditiones* (Vide Tab. seq.).

TAB. LXXVI.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Sacramenti Matrimonii.

Proprietates

- *unitas* cui opponuntur
  - *poligamia* quae si:
    - *simultanea*, iure divino prohibetur;
    - *successiva*, licita est et nullo iure prohibetur etsi non commendetur.

  et

  polyandria, quae si sit simultanea, ex ipsa lege naturali prohibetur.
- *indissolubilitas* quae considerata quoad:
  - *vinculum*
    - fundatur in ipso iure naturali: si agatur de matrimonio rato et consummato.
    - fundatur in iure divino: *Quod Deus coniunxit*, etc. (Ita in Sacris Scripturis.); *Quamdiu vivit in*, etc. (Ita in Sacris Scripturis.)
    - dissolvi potest (si matr. non sit consummatum) per: professionem religiosam alterutrius et dispensationem pontificiam.
    - non adest pro infidelibus quando altero coniuge ad fidem converso alter converti non vult, neque saltem cohabitare sine contumelia Creatoris sec hoc: fieri nequit absque seria interpellatione coniugis infidelis: tunc solum dissolvitur quando conversum novum matrimonium contraxerit: (fieri potest etsi agatur de matrimonio consummato).
  - *torum* et *cohabitationem*
    - adest *et sub gravi*, quia coniuges tenentur cohabitare in eadem domo, mensa ac toro.
    - si deficiat habetur *divortium*, quod licet aliquando et:
      - definitur: *Separatio coniugum a toro vel habitatione, iusta de causa, manente vinculo.*
      - has praecipue causas habet:
        - *adulterium* certum, voluntarium, non condonatum, non mutuum, consummatum, sine consensu compartis;
        - *grave periculum* animae vel corporis.
        - *mutuus consensus et liber.*
      - fieri debet (regulariter) per sententiam iudicis quoties agitur de separatione a tecto.
      - importat (si fiat per adulterium) ut pars innocens possit ordines suscipere etiam invita comparte.
    - ex lege civili solvi potest propter: adulterium, saevitias, damnat.em infamantem (sub clausulis a lege statutis.)

Conditiones (Vide Tab. seq.).

TAB. LXXVII.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Sponsalia (I)

definiuntur: *Mutua volontaria et deliberata promissio futurarum nuptiarum, signo sensibili expressa, inter personas iure habiles*

fieri possunt

- modo — *solemni* coram parocho et testibus, vel *clandestino* et privato.
- et modo — *absoluto* vel *conditionato*, et tunc si conditio:
  - *est de praesenti*, sponsalia sunt valida vel non, prout conditio verificatur vel non;
  - *est de impossibili* sponsalia sunt nulla.
  - *est de futuro* — *contingenti* et
    - *necessario*, sponsalia sunt valida;
    - *honesto*, valida sunt adimpleta conditione;
    - *inhonesto*, valent sed tantum post adimplementum conditionis;
    - quod oppugnatur fini matrimonii, sunt nulla sponsalia.
  - *poenali.*
- *sub arrhis.*

esse debent:

- *vera*, unde si ficte celebrentur — *sunt valida*, si sin animo tantum exequendi: *sunt nulla*, si sine animo promittendi; quaestio est utrum valida sint au non si fiant sine animo se oblig udi, etsi sint iurata.
- *voluntaria*
- et *libera*, unde si extorta fuerint — per metum *gravem*, *iniuste incussum*, *a causa libera* — sunt nulla.
  - per metum leve, vel iuste incussum sunt valida;
  - per vim sunt nulla.
- *mutua* et *mutue acceptata*, a sponsis vel a parentibus coram filiis praesentibus et consentientibus (etsi taciturnis);
- *externe manifestata* verbis vel signis;
- *inter personas iure habiles*
  - *usum rationis habentes* et si ante pubertatem celebrant sponsalia haec: — important imp. publicae honestatis; suspensa remanent usque ad pubertatem non vero quando:
    - impuberes copulam habuerint;
    - sint proximi pubertati;
    - sponsalia sint iurata;
    - sponsalia ratificaverint post pubertatem.
  - *consensum parentum habentes*, sed id ad liceitatem tantum;
  - *qui nullum habeant impedimentum a quo Papa nunquam vel raro dispensare soleat.*

TAB. LXXVIII.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Sponsalia (II)

- dirimi possunt et ecce *causae*:
  - mutuus consensus, (inter puberes),
  - impedimentum dirimens superveniens,
  - professio religiosa vel votum castitatis sacrorum Ordinum susceptio,
  - lapsus temporis constituti ad finiendam obligationem,
  - matrimonium cum alio contractum,
  - commigratio in remotam regionem, sine iusta causa et consensu partis.
  - mora notabilis in promissione implenda,
  - alterutrius fornicatio,
  - notabilis mutatio in peius quoad bona tum:
    - animae,
    - corporis,
    - fortunae.
  - patratio delictorum valde gravium,
  - dissensus parentum,
  - dispensatio Pontificia.
- hos *effectus* habent:
  - *ex iure naturae:*
    - gravem obligationem Matrimonii contrahendi,
    - ius initiale in corpus alterius.
  - *ex iure canonico:* — impedimentum publicae honestatis.

TAB. LXXIX.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Sacramento Matrimonii

praemittendae *denuntiationes*:

- quibus praecedat parochi examen, quo cognoscatur an licitae ac validae eius celebrationi aliquid opponatur;
- et quidem
  - necessario et sub gravi,
  - in Ecclesia et inter missarum solemnia,
  - tribus diebus festivis,
  - a parocho contrahentium,
  - ea forma quae earum fini respondeat.
- etsi certo constet de solutione contrahentium.
- a quibus dispensatio saepe conceditur
  - sed semper requiritur iusta causa;
  - ab episcopo, eius vicario generali, vicario capitulari vel praelato iurisdictionem habente;
  - et aliquando concedi debet.
- ut revelentur impedimenta si adsint, et id:
  - obligat sub gravi quemvis fidelem, etsi id sciat sub secreto (excipe si ratione officii);
  - fit cum iuramento, quando denuntiator id sciat ex certa scientia et sit fide dignus.

et in eius celebratione adhibeatur *forma tridentina* quae:

- est necessario servanda
  - nam
    - Matr. clandestinum est ubique *graviter illicitum;*
    - Matr. cland. ubi promulgatum fuit decretum trid. *est invalidum.*
  - nisi
    - accessus ad parochum sit impossibilis
      - modo generali quoad extensionem,
      - ad mensem quoad tempus.
    - agatur de *Matr. conscientiae* (V. infra).
- importat ut Matr. celebretur coram
  - parocho vel eius superiore in iurisdictione
    - sive sponsi, sive sponsae (ad validitatem), qui potest alium sacerdotem delegare;
    - etsi
      - putativus,
      - excommunicatus,
      - irregularis,
      - suspensus,
      - nondum sacerdos.
    - qui ritu praescripto utatur nempe: (ad licei tatem)
      - publice et in facie Ecclesiae peragat;
      - interroget contrahentes de consensu;
      - annulum benedicat;
      - in libro inscribat.
  - parocho sive
    - domicilii,
    - quasi domicilii.
  - et testibus qui:
    - duo saltem sint sive
      - mulieres,
      - pueri,
      - infideles, etc.
    - si desint Matr. est *nullum.*

TAB. LXXX.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Sacramento Matrimonii opponi possunt impedimenta quae duplicis generis sunt:

alia impedientia Matrimonium, quae eum illicitum faciunt, ut sunt:

- *Ecclesiae vetitum*: definitur: *Prohibitio, qua superior ecclesiasticus, iusta de causa, vetat celebrationem matrimonii inter aliquas personas donec illa causa fuerit sublata.*
  - quoad matrimonia mixtae religionis quae licita tantum evadunt: et:
    - quando...
      - adest: pontificia dispensatio et gravis causa.
      - et adhibeantur: conditiones et cautiones.
    - quibus (regulariter loquendo) parochus, quando non adest dispensatio, non potest assistere.
- *tempus feriatum* seu clausum
  - quod currit:
    - a dom. I adventus ad Epiphaniam,
    - a feria IV Cinerum ad octavam Paschae.
  - in quo prohibentur nuptiarum solemnia idest:
    - benedictio solemnis, quae est in missa pro sponsis;
    - traditio clamorosa sponsae in domum sponsi;
    - solemniora convivia.
- *sponsalia*: valide inita, et non dissoluta.
- *votum*
  - *simplex*
    - ut votum:
      - non nubendi,
      - simplicis castitatis,
      - ingrediendi religionem,
      - suscipiendi Ordines.

      et qui, spreto voto, Matrimonium contraxerit in tantum solvitur ab obligatione (voti) in quantum haec est impossibilis.
  - non
    - quod cessat per dispensationem
      - Papae si agatur de votis
        - relig. ingrediendi.
        - perfectae castitatis.
      - Episcopi quoad alia imped. vel (si de Papae reservatis) periculum sit in mora.
  - *solemne*, quod Matr. irritat.

Alia dirimentia (Vide Tab. seq.).

TAB. LXXXI.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Impedimenta Matrimonium dirimentia (1)

- *alia originem habent*
  - a *iure naturali*, alia
  - a *iure positivo* sive
    - *divino*, et tunc obligant omnes homines ; sive
    - *ecclesiastico*, et haec obligant tantum christianos.
- *constitui possunt*
  - ab Ecclesia, (quod est de fide) ut ex Trid.: *S. q. d. Ecclesiam non potuisse statuere impedimenta dirimentia matrimonium, vel in iis constituendis errasse, anathema sit.*
  - quoad christianos a sola Ecclesia nam matrimonium est sacrum
    - sua vi,
    - sua natura,
    - sua sponte.

etiam invincibiliter ignorata, matrimonium reddunt invalidum.

- dubia vel probabilia
  - de iure ecclesiastico
    - cum probabilitate iuris licet Matrimonium;
    - cum probabilitate facti non licet Matrimonium.
  - de iure divino
    - sive naturali, sive positivo — *per se loquendo* non licet Matrimonium.

haec sunt (1):

- *error*
  - circa personam sive
    - antecedens,
    - concomitans,
    - vincibilis,
    - invincibilis

    — nullum reddit Matrimonium.
  - circa qualitatem aut fortunam non invalidat Matr. nisi
    - qualitas sit apposita ut conditio ;
    - qualitas redundet in personam.
- *conditio*
  - et definitur: *Inhabilitas ad contrahendum orta ex servitute stricte sumpta.*
  - sed quando
    - sit vera servitus;
    - altera pars sit libera;
    - altera pars servilem conditionem compartis ignorat.

---

(1) APPENDIX.

His versiculis comprehenduntur :

error, conditio, votum, cognatio, crimen ;
cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas;
aetas, affinis, si clandestinus et impos ;
raptave sit mulier nec loco reddita tuto ;
haec socianda vetant connubia, facta retractant,

TAB. LXXXII.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Impedimenta Matrimonium dirimentia (II)

- *votum*
  - solemne castitatis
    - libere ac sponte emissum,
    - per professionem legitime factam,
    - in religione adprobata.
  - et hoc ex iure
    - *ecclesiastico* (iuxta plures).
    - *divino* (iuxta nonnullos).
- *cognatio*, quae triplex est:
  - *naturalis*
    - definitur: *Propinquitas personarum, quarum una ab altera, vel omnes ab eodem propinquo stipite per carnalem generationem descendunt.*
    - *quae*
      - oritur ex copula sive
        - licita,
        - illicita.
      - causa est cur Matr. prohibeatur inter
        - consanguineos,
        - uterinos
        - et
        - germanos.
    - *in qua consideranda sunt:*
      - *linea* quae est:
        - *recta*, et haec:
          - *ascendens*, vel *descendens*.
        - vel *collateralis* et haec:
          - *aequalis*, vel *inaequalis*.
      - *stipes* seu persona a qua aliae descendunt.
      - et *gradus*
        - qui definitur: *Distintio unius personae ab altera.*
        - circa quos dicendum:
          - in linea *recta* tot sunt gradus quot generationes.
          - in linea collaterali
            - *aequali*, tot sunt gradus quot generationes, dempto stipite;
            - *inaequali*, tot sunt gradus quot personae, dempto stipite.
    - Matirmonium nullum reddit
      - *in linea recta* usque in infinitum (in primo gradu, ex iure naturae).
      - in linea collaterali usque ad quartum gradum et hoc:
        - ob reverentiam debitam sanguine iunctis;
        - ad vitandam incontinentiam;
        - ad caritatem magis diffundendam.
  - *Spiritualis* et *Legalis*
    - (Vide Tab. seq.).

TAB. LXXXIII.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Impedimenta Matrimonium dirimentia (III)

I. *cognatio spiritualis*

definitur: *Propinquitas personarum, orta ex collatione baptismatis aut confirmationis, vel ex susceptione in iisdem.*

contrahitur:

- in baptismate inter: baptizantem ~~et~~ baptizatum ~~baptizatique~~ — ~~patrem~~ et ~~matrem~~.
- in confirmatione inter: ~~confirmantem~~ patrinum — et confirmatum ~~confirmatique~~ — ~~patrem~~ et ~~matrem~~.

sub his conditionibus *contrahitur:*

ut validus sit baptismus et valida confirmatio;

ut baptizans vel confirmans sint et ipsi — baptizati et confirmati.

ut patrinus:
- sit baptizatus (et confirmatus (si agitur de confirmatione));
- habeat intentionem praestandi officium patrini;
- sit ad hoc designatus teneatque proprio nomine;
- non adsit error personae.

II. *cognatio legalis*

definitur: *Propinquitas personarum, orta ex adoptione perfecta.*

contrahitur:

in linea recta, inter adoptantem et adoptatum, adoptatique descendentes legitimos, usque ad quartum gradum. Impedimentum est perpetuum.

in linea per modum affinitatis, inter
- adoptantem et uxorem — adoptati,
- adoptatum et uxorem — adoptantis

impedimentum est perpetuum.

in linea transversali, inter adoptatum et filios et filias adoptantis legitimos usque ad secundum gradum, durante patria potestate. Impedimentum est ad tempus.

TAB. LXXXIV.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Impedimenta Matrimonium dirimentia (IV)

definitur: *Inhabilitas canonica ad contrahendum Matrimonium, orta ex quibusdam criminibus in ordine ad Matrimonium.*

crimen — oritur ab uno ex his quatuor capitibus; ex:

- *homicidio cum conspiratione* sed quando → Matrimonium antecedens est validum; adest conspiratio ex utraque parte; sequitur mors ex conspiratione; id fit causa Matr. contrahendi.
- vel *adulterio cum homicidio* sed quando → Matrimonium antecedens est validum; adulterium sit: perfectum et formale. homicidium sequatur causa contrahendi cum adultera; adulterium et homicidium sint sub eodem Matrimonio.
- vel *adulterio cum promissione Matr.*, sed quando → Matrimonium antecedens sit validum; adulterium sit: perfectum et formale. adulterium et promissio sint constante eodem Matrimonio; promissio sit et: vera, externa, absoluta, acceptata.
- vel *adulterio cum Matr. attentato* sed quando → Matrimonium antecedens sit validum; adulterium: perfectum et formale. attentatio fiat vivente altero coniuge et sit formalis.

vis — *perfecta* seu *obsoluta* Matr, dirimit ex iure naturali;

imperfecta seu *metus* — *gravis* nullum reddit Matr. si sit: iniuste incussus, a causa libera, ad extorquendum consensum.

non irritat Matrimonium (nisi sit gravis et cum conditionibus ut supra) et in dubio standum est pro valore actus.

TAB. LXXXV.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Impedimenta Matrimonium dirimentia (V)

- *cultus disparatis*, quando baptizatus vult Matrimonium contrahere cum non baptizata etsi cathecumena, vel vicissim;
- *ordo sacer*, dirimit Matr. *(s. q. d. clericos in sacris Matr. contrahere posse, anathema sit)*. (C. Trid.).
- *ligamen*, quod habetur quando quis, vivente coniuge, Matr. contrahere vult cum alia persona; requiritur moralis certitudo de morte compartis.
- *honestas*
  - definitur: *Propinquitas personarum, orta ex sponsalibus, vel ex Matrimonio rato non consummato.*
  - oritur
    - ex sponsalibus tantum { validis, certis et absolutis } — extenditur ad primum gradum.
    - vel ex Matrimonio rato et non consummato sive { valido, sive invalido (excepto casu quo agatur de defectu consensus) } — extenditur ad quartum gradum.
  - contrahitur inter sponsum et consanguineos alterius, etsi illegitimos.
- *aetas, est inhabilitas ad Matrimonium contrahendum, orta ex defectu aetatis sufficientis ad Matrimonii officia.*
- *amentia.*
- *affinitas*
  - definitur: *Propinquitas, quam una persona contrahit cum consanguineis illius, cum qua copulam carnalem habuit, sive licitam, sive illicitam.*
  - *contrahitur* inter { virum et consanguineos mulieris, / mulierem et consanguineos viri } — usque ad quartum gradum ex copula licita; usque ad secundum ex illicita.
  - *oritur*
    - *ex iure ecclesiastico* { si agatur de copula illicita; quoad omnes gradus, ut supra excepto primo, in linea recta ex copula licita.
    - iuxta multos *ex iure naturali* si ex copula licita in primo gradu lineae rectae.
  - dirimit Matrimonium in linea recta in quocumque gradu;
  - sic computatur: quo gradu consanguinitatis mulier distat a consanguineis suis, eo gradu affinitatis vir distat a consanguineis mulieris, et vicissim.
- *clandestinitas*
  - locum habet quando Matrimonium celebratur absque presentia
    - *parochi*
      - vel { phisica, moralis.
      - vel { domicilii, quasi domicilii viri aut mulieris (mulieris ex consuetudine); simplicis sacerdotis delegati (vel qui ut parochus tenetur ex errore communi et titulo colorato).
      - vel eius delegati cum delegatione { expressa, intimata, acceptata, non revocata.
    - et *testium* { morali et phisica simultanea.

TAB. LXXXVI.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Impedimenta Matrimonii dirimentia (VI)

Impotentia

- definitur: *Inhabilitas ad Matrimonium contrahendum, exorta ex impossibilitate copulae maritalis.*
- est
  - *naturalis* vel *accidentalis*, seu *absoluta* vel *respectiva*,
  - *perpetua* vel *temporanea*,
  - *antecedens* vel *superveniens* Matrimonio.
- Matr. nullum reddit quando sit antecedens et perpetua sive
  - absoluta,
  - respectiva.
- et quando dignoscitur
  - *certe*, ab omni consummationis tentatione abstinere debent coniuges et interim recurrant (ut ius habent) ad iudicem ecclesiasticum,
  - *modo non certo*, Matr. prohibetur; et, Matr. contracto, conceditur triennium pro experientia, quo elapso, Matr. nullum declarari potest.

Raptus

- definitur: *Inhabilitas ad contrahendum Matr. orta ex violenta abductione mulieris ineundi Matr. causa.*
- nullum reddit Matr. si mulier non est posita in loco tuto, etsi consentiat, et raptor incidit in
  - infamiam
  - et
  - excomm. nem. res.

APPENDIX.

De Matrimonio conscientiae

Matrimonium conscientiae

- definitur: *Matr. quod, omissis omnibus declarationibus, contrahitur coram parocho et duobus testibus fidelissimis ea lege ut non reveletur.*
- sub his conditionibus contrahitur:
  - requiritur licentia episcopi et determinati parochi;
  - testes iurent de non revelando Matrimonio;
  - Matrimonium inscribatur in apposito libro sigillo munito;
  - denuntietur a parentibus proles nata.
- celebratur cum adsunt haec causae
  - infamia coniugum,
  - scandalum fidelium.

TAB. LXXXVII.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Matrimonium nullum (contractum vel contrahendum)

- *defectu consensus*, { et publice id cognoscitur vel cognosci potest, publice apponatur consensus
  - idque { notum est parocho et testibus, apponatur consensus coram parocho et testibus
    - omnino secretum est, sufficit ut secreto consensus apponatur }
- *ob disparitatem cultus*, per novum consensum post baptismum;
- *ratione raptus*, per novum consensum, postquam rapta posita sit in loco tuto;
- *ob impedimentum ligaminis*, per novum consensum post mortem coniugis;
- *ob clandestinitatem*, per novum consensum coram parocho et testibus.

} et sic convalidatur.

ob aliud impedimentum dispensabile per *dispensationem*, quae : fit a *Papa*, qui dispensare :

- potest ab impedimentis (et licite si ob iustam causam) quae non sint iuris { naturalis vel divini } { ut sunt { error, vis, impotentia, ligamen, cognatio in linea recta. } super quibus *declarare* potest ea in aliquibus circumstantiis non obligare.
- non solet quoad impedimentum { conditionis, raptus, criminis publici, consang. in linea coll. in secundo gradu, affin. in linea recta ex copula licita.
- rarissime solet et ob gravissimam causam quoad imped. { voti, ordinis, criminis (occulti), disparitatis cultus, clandestinitatis (Matr. iam contracto), aetatis.
- solet per { *datariam*, si imped. est publicum (et solvitur taxa);
  - *poenitentiariam* si { imped. { est occultum vel adhuc latet. } agitur de pauperibus; adsit casus extraordinarius et urgens; vacat sedes apostolica.

vel ab *episcopo* (Vide Tab. seq.).

causas legitimas habet (Vide Tab. seq.).

speciali modo debet { *impetrari* et *exequi* } (Vide Tab. seq.).

TAB. LXXXVIII.

Seq. de Sacramemto Matrimoni

Ab impedimentis obtineri potest dispensatio

etiam per medium *Episcopi* qui dispensare

- non potest ex sua *ordinaria potestate* super impedimentis dirimentibus.
- potest
  - si agatur de imp. dir. dubiis sive
    - *iuris* post declarationem: *tuto procedi posse;*
    - *facti*, in quo casu datur dispensatio ad cautelam.
  - ex potestate *quasi ordinaria* quando (simul):
    - urget necessitas;
    - impedimentum est occultum;
    - Papa dispensare solet et
    - Matrimonium contractum fuit bona fide si (agatur de Matrimonio iam contracto).
  - ex potestate
    - generaliter delegata:
      - super impedimentis dirimentibus
        - sive
          - per se,
          - per alium (habitualiter).
        - gravissime aegrotantes si tempus deficit recurrendi ad S. Sedem.
        - exceptis:
          - iuris ecclesiastici tantum. etsi publicis.
          - *ordine* presbyteratus;
          - *affin.* in linea recta ex copula licita proveniente.
      - ad tempus super determinatis impedimentis.
- potest (si agatur de imp. impedientibus) a
  - bannorum publicationibus et voto S. Pont. non reservato.

TAB. LXXXIX.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Dispensationes matrimoniales

- *Causae*
  - innitantur in
    - necessitate
    - vel saltem
    - utilitate (ad *liceitatem* si agatur de superiore, ad validitatem si agatur de delegato).
  - esse debent graves et tanto graviores quanto gravius impedimentum.
  - sunt
    - *Angustia loci*
      - *absoluta*, sive
      - *relativa*.
    - *Aetas foeminae superadulta* (24 ann.).
    - *Incompetentia dotis*,
    - *Lites in successione honorum* (et *praevisio* eorum).
    - *Paupertas viduae*,
    - *Nimia, suspecta, periculosa familiaritas et cohabitatio*,
    - *Copula, praegnantia, legitimatio prolis*,
    - *Infamia mulieris*,
    - *Revalidatio Matrimonii* iam contracti.
    - *Periculum*
      - *Matrimonii mixti, vel celebrandi coram ministro acatholico*,
      - *incestuosi concubinatus*,
      - Matrimonii civilis.
    - *Remotio gravium scandalorum*,
    - *Cessatio publici concubinatus*,
    - *Excellentia meritorum*.
  - ubi cessent
    - dispensatio cessat
      - si causa cesset antequam dispensatio expediatur;
      - antequam fiat ab Ep. vel delegato cui a Romano Pont. commissa fuit.
    - non cessat dispensatio si iam expedita, etsi Matrimonium nondum celebratum fuerit.
  - in dubio utrum fuerint causae dispensationis
    - finales aut impulsivae,
    - verae aut falsae
    - non irritant dispensationem.

TAB. XC.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Modus dispensationes matrimoniales

- et impetrandi
  - a quo ?
    - *pro foro interno* a confessario directe, vel per curiam si nihil obstet litteris clausis);
    - *pro foro externo* a parocho per curiam episcopalem.
  - quomodo ?
    - *nomine oratorum.*
    - haec exprimantur:
      - nomen et cognomen sponsorum,
      - dioecesis originis vel actualis domicilii,
      - species etiam infima impedimenti,
      - gradus consanguinitatis, affinitatis vel honestatis,
      - numerus impedimentorum,
      - circumstantiae notabiles,
      - status fortunae oratorum,
      - attentatio Matrimonii (si adfuit),
      - Datariae imp. publica / Poenitentiariae imp. occulta — nisi consentiant in rei manifestationem, quo in casu Datariae tantum fit recursus.
- exequendi
  - delegatus ad hoc debet
    - sub gravi omnia praescripta adimplere;
    - declarare se agere vi delegationis pontificiae;
    - oratores solvere ab imp. (ea declarando) designatis.
  - id fit
    - in scriptis pro foro externo,
    - viva voce et in confessione pro foro interno,
    - cum acceptatione oratorum si, ipsis insciis, dispensatio petita fuit.
  - sub clausulis praescriptis a S. Sede.

APPENDIX.

Sanatio in radice:

- efficit ut
  - sanetur vitium consensus;
  - validitas Matrimonio tribuatur;
  - legitimentur filii in ordine ad effectus spirituales;
- conceditur tantum quando:
  - coniunctio coniugum habuit veram speciem Matrimonii;
  - consensus perseveravit;
  - adest urgens et gravissima causa.

TAB. XCI.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Sacramenti Matrimonii effectus

- *gratia sive* sacramentalis: sanctificans.
- *iura*: *societas*, *amor*, *fides* — ex iure *naturali* et *positivo* tum divino, humano.
- et *officia*:
  - *mariti* sunt cura uxoris quoad: animam, corpus et bona.
  - *uxoris* sunt: reverentia et obedientia.
  - *utriusque*: mutuum adiutorium, mutua fidelitas, debitum reddere (Vide Tab. seq.), cohabitare (salva iusta causa separationis), filios alere et educare.

TAB. XCII.

Seq. de Sacramento Matrimonii.

Debiti coniugalis

- *liceitas* adest quando concurrant hae conditiones:
  - ex parte personarum adsit ius
    - verum
    - et expeditum quo privantur coniuges ob:
      - dubium de valore Matrimonii;
      - impotentiam corporis certam (quatenus subest periculum pollutionis);
      - votum simplex castitatis, cuius vi non possunt petere, sed tenentur reddere;
      - affinitatem supravenientem.
  - ex parte finis sit
    - ad generandam prolem, ad debitum reddendum, ad vitandam incontinentiam — primario.
    - ob quemcunque honestum finem (secundario), non ad solam voluptatem (levis culpa).
  - ex parte circumstantiarum considerentur: *modus*, *locus*, *tempus* — opportuna.
- *obligatio* adest
  - reddendi quoties
    - coniux rationabiliter et serio petit.
    - non habeantur causae excusantes, ut:
      - amissio iuris in altero coniuge;
      - illiceitas petitionis ex parte petentis;
      - grave periculum vel damnum ex parte reddentis vel prolis conceptae.
  - petendi (ex caritate tantum) ad vitandam incontinentiam, vel amorem fovendum.

APPENDIX.

Actus coniugales
- *iuxta* finem coniugii sunt iliciti sive sint — necessari, utiles.
- *praeter* finem coniugii solent esse veniales (nisi adsit honestus finis);
- *contra* finem coniugii sunt graviter illicita

FINIS TRACTATUS.

239.02
M.312
2231
MANASSERO, Bart
AUTHOR
Tabulae Synopticae Theologiae
TITLE Moralis- Vol II.

DATE LOANED	BORROWER'S NAME	ROOM NUMBER
	FR. DONNELLY	
	Kristoff	
	Herald	

2231